...ES.
...-LUN:
...RMOND:
...LEZ.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-459541-p0001-2

1) Dubl. zu Kh 1028

4 to Z.

B. H. Schmidt.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-459541-p0002-8

Sect. 3. 4to n 158

Continet hoc Volumen

1. Glafey de vera Ministerialium indole
2. Arend de augustae domus Brunsvico-Luneburgicae aliquot Principibus
3. Kusteri accessiones ad memorabilia Tangraemundensia
4. Bödikeri Nymphe Mycale. d. i. Gespräche von dem Müggelberge.

Kröcher
1861
20 dr

3

Q. D. B. V.

# ACCESSIONES AD MEMORABILIA TANGRAEMVNDENSIA

EXHIBET, ET AD ORATIONES QVASDAM LOCO CONSVETO
A. D. NOVEMBR. cIↄ Iↄ CC XXII.
BENIGNE AVDIENDAS
*QVA FAS EST, PIETATE ATQVE OBSERVANTIA*
INVITAT

*GEORG. GOTHOFR. KVSTER, Halenſis,*
LYCEI TANGRAEMVNDENSIS RECTOR.




*BRANDEBURGI,*
Typis CHRISTIANI HALLE, Reg. Pruſſ. Typogr. privileg.

3.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-459541-p0005-5

Q. D. B. V.

# MEMORABILIA QVÆDAM TANGRÆMVNDENSIA

*Recenſet & ad orationes nonnullas Scholaſticas loco conſueto*

A. d. MART. cIↄ Iↄ CCXXII.

BENEVOLE AVDIENDAS,

QVA DECET, OBSERVANTIA ATQVE HVMANITATE,

INVITAT

*GEORG. GOTHOFR. KVSTER, Halenſ.*

LYCEI TANGRÆMVNDENSIS RECTOR.

---

*BRANDEBURGI,*

Typis CHRISTIANI HALLE, Reg. Pruſſ. Typographi privil.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-459541-p0007-6

## IesVs, sChoLæ TangræMVnDensIs ſaLVs Vna!

I. II. Inſtituti ratio. III. Scriptores Hiſtoriæ Tangræmundenſis vniuerſales ANGELVS, ENTZELIVS, LEVTHINGERVS, & particulares HELMERICVS, RITTNERVS & KRATZIVS recenſentur, IV. (itemque nonnulla ſcripta minoris molis,) V. qui vero non omnino plurima deſtituti ſubſidiis ſuppeditare potuerunt, VI. nec tamen laude ſua priuandi. VII. De celebritate Tangræmundæ, quam Principibus debet, agitur. VIII. De caſtello Auguriæ quod Druſo, ſed perperam, adſcribitur. Excurſus de eius Expeditionibus ad Albim. IX. De Tangræmundenſi eccleſia, X. deque eius Antiſtitibus a tempore reformationis diſſeritur. XI. Ad recenſionem præceptorum Tangræmundenſium fit tranſitus, & XII. Rectores, XIII. Con-Rectores, XIV. Cantores, XV. Quarti, XVI. Quinti commemorantur. XVII. Scholæ ſtatus. XVIII. XIX. Concluſio, & quæ ſcribendi conſilium dedit, occaſio.

§. I.

DUm de Schola Tangræmundenſi, deque iis, qui inde a ſaluberrimæ reformationis temporibus ei præfuerunt, exponere animus eſt, non plane perdituros nos operam exiſtimanus, ſi quædam tum ciuitatem hanc generatim, tum ſpeciatim eccleſiam noſtram ſpectantia præmiſerimus.

§. II.

Neque tamen quis in hanc deſcendet ſententiam, quaſi, quod ignauorum eſſe ſcimus, aliorum compilare ſcrinia,

&

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-459541-p0008-2

& ex papiro, quod aiunt, in chartam conſcribere velimus. Odimus enim profanum iſtud plagiariorum vulgus, & arcemus. Iuuabit potius vel ab aliis prætermiſſa adferre, vel ſecus propoſita emendare, ſiquidem ante omnia de ſcriptoribus huc pertinentibus fuimus præfati.

§. III.

Non enim ciuitatis huius inclitæ hiſtoria ita ſterilis eſt, vt fruſtra in illa tradenda qualecumque ſtudium noſtrum collocetur, vt potius, id quod laudi ſibi ducit Tangræmunda, quam plurimi de ea fuerint commentati. Præter ANDREAM itaque ANGELVM, CHRISTOPHORVM ENTZELIVM, & NICOLAVM LEVTHINGERVM, qui vniuerſam Marchiam, impari tamen auſu & ſucceſſu, deſcribendam ſibi ſumſerunt, ſpeciatim CASPARVS quoque HELMERICVS, ANDREAS RITTNERVS, vterque conſul ciuitatis noſtræ, denique CASPARVS KRATZIVS præclare de Tangræmunda noſtra ſunt promeriti. HELMERICVS quippe edidit *Annales Tangermundenſes* Magdeburgi in forma, quam vocant, quarta a. MDCXXXVI. exſcriptos, & tribus libris conſtantes, quorum priores duo res Tangræmundenſes, poſtremus vero Comitum Zolleranorum & Burggrauiorum Noribergenſium vitam & res geſtas exponit. Hunc vero librum rariſſimis adnumerare non dubito fruſtra hactenus a me, quanto potui ſtudio, etiam in bibliothecis inſtructioribus conquiſitum, allegatur tamen non ſine honoris præfamine ab aliis hiſtoriarum ſcriptoribus, nominatim RITTNERO, (a) RENTSCHENIO, (b) nec non IO. CHRIST. NEV, (c) qui poſtremus

 hoc

(a) In Præf. libri mox allegandi.
(b) Im Brandenburgiſchen Cedern-Hayn p. 251.
(c) In Acceſſionibus ad Deghorei Whear relectiones hiemales P. II. p. 297.

hoc addit: *eumdem* HELMERICVM *hiſtoriam vrbis ab origine ad ſua tempora complexum eſſe, & multa eximia continere*. Ad RITTNERVM quod attinet, non adeo prolixus ille eſt, & partibus ſcriptoris particularis hiſtorici non omnino feciſſe ſatis mihi quidem videtur. Præter enim illud, quod veſtigia ENTZELII, maximi fabularum & anilium commentorum patroni, quam diligentiſſime premit, haut raro excurrit in ea, quæ rem Tangræmundenſem plane non tangunt. In primis mallem, vt magis ordini ſtuduiſſet vir ceterum diligentiſſimus, ſuaque laude non priuandus, qui obliuioni multa ſubtraxit. Progreditur autem in libro, quo de rebus Tangræmundenſibus exponit, inſcripto: Alt-Märckiſches Geſchicht-Buch, vsque ad annum MDCLI. quo eodem Serueſtæ in forma quarta prelo liberatus eſt. Totus liber, in tres partes diſpeſcitur, quarum prima de origine, fertilitate, & caſibus Tangræmundæ, ſecunda de veteris Marchiæ inde ab anno MDCXVIII. vsque ad Guſtaui Adolphi Suecorum Regis aduentum fortuna, tertia de iis, quæ ibidem ad annum MDCLI. contigerunt, explicat. In ipſa ſtatim, præfatione de ſcopo libri diſſerit, non ſibi aliter conſtitutum fuiſſe perhibens, niſi vt libellus in tenebris iaceret, & modo in curia adſeruaretur, adeoque ingenuus iſte vir vel ideo veniam meretur, quum animus ipſi non fuerit prelo opuſculum committere. Gratiam vero ordinis equeſtris non obtinuit auctor noſter, quippe cui moleſta viſa ſunt, quæ de (d) diſcrimine quodam inter Beſchloſſene und Unbeſchloſſene von Adel, huius regionis retulit, quæque ipſum Sereniſſimum Electorem Fridericum Guilielmum non in bonam accepiſſe partem dicunt. Tertium illorum locum, qui

(d) l. c. p. 13.

qui de ciuitate patria Tangræmunda conſignare quædam voluerunt, ſibi vendicat CASPARVS KRATZIVS, verbi diuini miniſter, huiusque eccleſiæ, dum viueret, Archi-Diaconus, qui anno MDCLXXXI. quadragenarius deceſſit, & haut exigua dexteritate, quæ notatu digna videbantur, conſignauit, cum publico tamen non communicauit. Videbantur hæ ſcholæ quidem publica luce dignæ viro, dum in viuis eſſet, hiſtoriæ patriæ cupidiſſimo, callentiſſimoque IO. CHRISTOPHORO BECMANNO, qui vero morte impeditus propoſitum exſequi non potuit. In heredum Becmannianorum tamen manibus KRATZIANVM hoc monimentum adhuc eſſe, nullus dubito.

## §. IV.

Trigæ huic virorum iure quodam ſuo adiungi merentur minoris quidem molis, ſed non minoris commodi ſcripta, quæ ſingularia quædam hiſtoriæ Tangræmundenſis capita vel exponunt, vel illuſtrant. In hunc cenſum veniunt: LAVRENTII PRÆTORII Chriſtliche Steinfahr, a. MDCXXXVII. SAM. WILHELMI exercitus DEI depopulans a. MDCXLI. GEORG. HVNOLDI Göttliche Ermahnung Buß- und Bitt-Thränen zu vergieſſen, a. MDCLVI. nec non CASP. KRATZII ſupra laudati Glückzu, a. MDCLXXXI. editæ conciones, ex quibus ſingulis maxime notanda excerpſit, ſermonique ſacro ſupremo Tangræmundæ habito, Brandeburgi vero a. M DCC XV. impreſſo addidit Maxime Reuerendus CHRISTOPH. MATTHIAS SEIDELIVS.

## §. V.

Dubium vero non eſt plura commemoraturos fuiſſe laudatos viros, niſi ſubſidiorum, documentorumque inprimis publicorum apparatus defuiſſet, quem infauſto illo

 atque

atque ferali incendio, quod anno primo Lutheranorum Iubilæo maximam & nobiliſſimam ciuitatis partem deleuit, nec non belli tricennalis ſæuitia periiſſe adhuc hodie dolemus. Interim voluntatem iſtorum, licet vires maiora & prolixiora commentandi defuerint, in tradendis monimentis Tangræmundenſibus, quis eſt, qui non laudauerit?

§. VI.

Immo iubet pietas, iubent virorum optimorum merita, vt non oblitteremus, ſed ad ſeros vsque poſteros transferamus iſtorum memoriam. Et ſi quisquam, HELMERICVS certe atque RITTNERVS ex viris, celebritate generis & doctrinæ gloria conſpicuis, quibus in hunc vsque diem curia noſtra decorata eſt, merentur, vt perpetuus ipſis honor, atque decus conſtet. Vterque horum tanta polluerunt legum ſcientia, vt ex integro reſtituere potuiſſe dicti ſint vniuerſum iuris corpus, quod vocant, ſi quidem iſtud periiſſet. ANDREAS RITTNERVS vero vir fuit longe diligentiſſimus. De chronicis eius Tangræmundenſibus ſupra actum, diligentiæ vero ipſius ſpecimina ſuperſunt quam plurima Tangræmundenſibus longe gratiſſima. In animo quoque habuit catalogum bibliothecæ conſignare, quæ quondam in templo huius vrbis primario D. STEPHANO ſacro colligebatur, at neſcio quo caſu inſtitutum hoc interruptum, faciesque bibliothecæ præſens longe miſerrima eſt, nec præter rudera quicquam conſpicitur, quod neſcio vtrum temporum iniuriæ adſcribendum ſit, an ſuſpicari debeamus cultrum quemdam Flacianum acceſſiſſe. Ex filiis RITTNERI præter IO. CHRISTIANVM, Conſulem Rathenouienſem, ANDREAS præcipue clarus eſt, qui Tangræmundæ natus a. MDCXLVI. Perlebergæ Rector a. MDCLXIX. deinde

deinde Solquellæ in vrbe veteri a. MDCLXXI. tum Paſtor & Inſpector Hauelbergenſis a. MDCLXXII. tandem Berolinenſium Diaconus Nicolaitanus a. MDCLXXXI. & Marianus poſt quadriennium conſtituitur, ſuperiore anno defunctus. Ex huius quoque filiis eminent duo Sanctæ Theologiæ Licentiati, quorum alter Colbergæ, alter Halberſtadii floret, ex generis vero celeberrimus Halberſtadienſium Præſul SAM. CHRIST. TEVBERVS eminet.

§. VII.

Inter memorabilia itaque Tangræmundenſia id primo loco ponendum videtur, quod quidem non exiguam Tangræmundæ noſtræ celebritatem conciliat, *eam*, vt NICOLAI LEVTHINGERI verbis vtar, *ſedem atque natalem præbuiſſe Cæſaribus, Electoribus, & Principibus non paucis.* Prætereo, quæ de Friderico II. Electore, Ferreo dicto, de eius fratre, Friderico Craſſo, de Alberto Achille dicunt ſcriptores, eosque natiuitate, obitu itemque frequenti præſentia ſua Tangræmundam illuſtraſſe referunt. Mitto Henricum & Theodoricum Ottonis I. filios, & Alberti Vrſi nepotes, quorum ille, Henricus, Collegii Canonicorum Regularis Stendalii fundator fuiſſe, vrbemque noſtram maxime amplificaſſe ac dilataſſe creditur, vterque vero Marchio Tangræmundenſis vocatur. Si quidquam, iſtud certe huc pertinet, quod de Carolo IV. Romanorum Imperatore communi hiſtoricorum ſuffragio dicimus, eumdem, ſi a Praga diſceſſeris, nusquam libentius fuiſſe, niſi Tangræmundæ. Quare tanti Principis memoria noſtræ ciuitati non poteſt non ad hunc vsque diem grata & perennis eſſe. Quem enim haut procul a ciuitate conſpicimus, pagum Carlbau dictum, ab eodem Imperatore exſtructum, incolasque pagi inſignibus immunita-

munitatibus donatos nouimus, qui quidem ſingulis annis ſtato quodam die non ſine ſolemni quadam feſtiuitate clementiæ huius memoriam repetunt, & quibus haut parum ad commoda & emolumenta ſua acceſſiſſe lætantur, priuilegia anno MCCC. & MCCCLX. a laudato Carolo IV. & Ludouico Romulo denuo prælegunt. Neque id prætereundum eſt, Tangræmundam omnibus laudatis Principibus in deliciis fuiſſe. Teſtem produco IOACHIMI FRIDERICI Marchionis Brandenburgici fauorem atque clementiam inuſitatam, quippe qui in ciuitatis huius gratiam peculiarem quamdam, vt vocant, conſtitutionem publici iuris fecit Francofurti a. MDCIV. impreſſam, in qua (vt pauca tantum curioſitatis gratia recenſeam) aliquot capitibus de cærimoniis conſuetudinibusque in hac ipſa vrbe circa ſponſalia, nuptias, corporis cultum ſecundum certos ordines obſeruandis præcipitur.

## §. VIII.

Caſtellum Auguriæ, vel ſi mauis Angariæ non minus memorabile vocatur, quod in arce regia Tangræmundæ adhuc conſpicitur, quod quidem, ſi credimus hiſtoriis, Druſus ille tot tantarumque virtutum adoleſcens, quot & quantas natura mortalis recipit, vel induſtria perficit, exſtruxit. In hac equidem ſententia ſcriptores ſunt ad urnum omnes, quos breuitatis ſtudio non adduco. At enimuero vt dicam, quod ſentio, Druſum Albim ſuperaſſe adeoque & in veterem Marchiam irrupiſſe numquam niſi firmiſſimis grauiſſimisque rationibus, fruſtra tamen hactenus exſpectatis, conuictus ſtatuam. Quæ enim VELLEIVS PATERCVLVS (e) profert: *Druſum magna ex parte*

(e) Lib. II. c. 97. n. 3.

*parte Germaniæ domitorem fuiſſe* pariter adulatorio more ſcripta cenſeo, atque FLORI (f) verba, *quod præſidia & cuſtodias Druſus per Albim quoque diſpoſuerit.* Quis enim paullo in veteri litteratura exercitatus eſt, quin facile concedat, vtrumque in extendendis populi Romani laudibus nimis occupatum, adeoque ipſorum iudicio hac quidem in re non omnino ſtandum eſſe. Accedit mira ſcriptorum diſſenſio, ſiue res Druſi geſtas, ſiue tropæa eius, ſiue obitum denique ſpectes. SENECA enim *Rhenum Germaniæ modum*, ſuis temporibus *feciſſe*, (g) & TACITVS *Germaniam magis triumphatam, quam victam* fuiſſe perhibet. (h) Pari ratione nondum extra controuerſiam poſitum eſt de obitu Druſi, qui in Germania vlterius progreſſurus, & victricia arma circumlaturus ad Albim, teſte SVETONIO, phasmate quodam mulieris reuocatus (i) dicitur, quem IO. AVENTINVS (k) quum *inter Rhenum & Salam belligeraret, equo ſuper crus collapſo, oppetiiſſe* tradit. Quæ quum ita ſint, acu rem tetigiſſe mihi videtur IO. FREINSHEMIVS, (l) qui in Commentario ad FLORI locum ſupra adductum probe monet *Albim terminum fuiſſe imperii vel potius nominis Romani, quem eodem tempore non transſcenderant, niſi forte vt ſtatim retrocederent.* Ex quibus omnibus ad oculum patet, quemuis alium, quam Druſum dicti caſtelli conditorem fuiſſe. Neque ſententia ſecus ſentientium inde ſtabiliri poteſt, quod Gardelegia quaſi Garda (vel præſidium) legionum, ibique



(f) Lib. IV. c. XII. n. 26.
(g) Præf. quæſtion. natural. Lib. I. p. 574. ed. Lipſ.
(h) De moribus Germanorum cap. XXXVII. n. 9.
(i) In vita Tib. Claudii Druſi cap. I.
(k) Annal. Boicor. Lib. II. §. 20. p. 42. ed. Baſ.
(l) p. m. 413.

que prætorium Romanos ſtatuiſſe credatur, itemque non procul Seehuſa pagum conſpici Drůſedau, a Druſo dictum, nec non plura huius generis caſtella ab eodem Druſo eſſe exſtructa, qualia ſunt caſtellum Veneris, aquilæ, & alia. Vt enim non dicam, argumenta etymologica, ſi ſola fuerint, nihil quidquam adſtruere poſſe, id quoque notum eſt Gardelegiam non raro etiam, & me iudice, longe rectius Crodolegiam a Crodone notiſſimo veterum Germanorum idolo appellari. Patrocinium vero, quod in nominibus a Druſo deductis & vni alterique Marchiæ pago impoſitis quæritur, tantum abeſt, vt fundamento niti poſſit, vt potius prius largiar quiduis aliud, quam hoc ipſum quod de expeditionibus Druſi trans Albim proferunt. Panicum enim terrorem vbiuis terrarum incolis adeoque & ad Albim iniectum fuiſſe non nego, vnde & iſta, quæ hodienum in aliquibus prouinciis ſuper eſt, imprecatio orta videtur: Dat dy de Druyß hole. Ceterum de Druſi rebus ad Rhenum aliaque Germaniæ flumina geſtis nihil horum negauerim, quod ſcriptores, inprimis FERDINANDVS de FVRSTENBERG in elegantiſſimis *Monimentis Paderbornenſibus*, & NICOLAVS SCHATENIVS, *in hiſtoria Weſtphalica*, poſt CHRIST. CELLARIVM *in Diſſertatione de Expeditionibus Druſi maxime Germanicis* eximia (m) adferunt: Iſtud vero nonnullorum ſomnium, qui Dresdam idem eſſe atque tropæa Druſi cenſent, explodendum magis quam refutandum videtur, id quod tamen Saxonicus ille Varro, ANTONIVS WECKIVS egregie præſtitit. Dum hæc ſcribo, incido in celeberrimi SAGITTARII, *hiſtoriam Marchiæ Soltwedelenſis*,

(m) Quæ inter Diſſertationes eius exſtat iunctim cura WALCHII editas p. 553.

*lenſis*, (n) qua, quæ de Clodio comite limitaneo vel Marchione Solquellenſi a Druſo conſtituto vulgo dicuntur, fabulis accenſet. Liceat ipſius verba mea nunc facere: *Valeat Marchia Soltwedelenſis a Druſo condita, valeat item Clodius Marchio, nullo genuinæ antiquitatis teſtimonio comprobati, nec vmquam probandi.* (o) Non male igitur me facturum credo, ſi ego quoque caſtellum hoc Tangræmundæ a Druſo exſtructum valere iubeo, pluribus & fuſius aliquando de Expeditionibus Druſi ad Albim commentaturus.

## §. IX.

Sed ad eccleſiam quoque Tangræmundenſem progredimur. Non equidem excurremus in ſacra, veteribus Marchiæ incolis, & huius inprimis ciuitatis conditoribus, quos Angriuarios fuiſſe conſtat, vſitata, quos dubium non eſt, Crodonem in arce Gardelegienſi poſitum, & Triglam coluiſſe; neque diſſeremus de ratione ſacrorum in cimmeriis Papismi tenebris peractorum: id vnum tamen quaſi per lancem ſaturam notare licebit, quod aræ cuidam in templo cathedrali Brandenburgenſi adſcriptum de MAGISTRO PETRO DE TANGERMVND. legitur: *Anno Domini MCCCXXXIII. ipſo die Dionyſii Epiſcopi & ſociorum eius Martyrum conſecratum eſt hoc altare in honorem decem milium militum, per Reuerendum in Chriſto Patrem & Dominum, Dominum Ludouicum Epiſcopum huius Eccleſiæ. Fundatum & dotatum per venerabilem Dominum Theodoricum Rothen, tunc veteris ciuitatis plebanum, & poſtea factus eſt Epiſcopus, & per Tylonem & Gerardum patruos ſuos, & Magiſtrum Petrum de Tangermund, ipſorum auunculum, nec non*



(n) Quæ Ienæ prod. a. MDCLXXXV. 4.
(o) l. c. p. 3. n. 7.

*per Dominum Bartholomeum Laurencii, huius Eccleſiæ Canonicum.* Ceterum iſtud quoque non reticendum eſt, templum Stephanianum huius ciuitatis primarium (de reliquis enim Gertrudi, Nicolao, Eliſabethæ dicatis, quorum rudera de priſtino nitore atque elegantia teſtantur, nunc nihil dicimus) anno M CCC LXXXV. exſtructum, & cathedrale, atque Tangræmundæ primi ordinis quemdam ſacerdotem vel Prælatum fuiſſe, qui miſſam, quam die Hochmeſſe vocant, ipſe cecinit, quod ipſum nomen adhuc hodie concioni ſolemniori vulgo tribuitur.

§. X.

Sed iuuat inprimis ſalutare iſtud tempus recordari, quo diuino beneficio veritatis euangelicæ lux Marchiæ, ipſique huic ciuitati donata eſt. Incidit beneficium hoc in annum MDXXXVIII. quo ipſo Dominica XIV. quæ feſtum Sacro Sanctæ Trinitati ſolemne excipit, IOANN. WEISGERBERVS primus primam euangelicam concionem habuit. Communicabo hac ipſa occaſione ſeriem virorum meritiſſimorum, qui inde a repurgatis emendatisque ſacris, Antiſtitum ſiue Inſpectorum prouincia functi ſunt, quorum nomina e tabula in dicto templo ſuſpenſa deſcribam, additis nonnullis propter hiſtoriam non prætereundis, quamuis, quum programmatis ratio habenda ſit, de ſcriptis ipſorum ſermo nunc non ſit. Hoc vero ordine ſe exceperunt Tangræmundenſis Eccleſiæ Antiſtites:

IO. WEISGERBERVS, Vitembergenſis Saxo, munus ſacrum capeſſiuit anno MDXXXVIII.

M. GREGORIVS KRELL Soldinus, vel ſi mauis, GEORG. SOLINVS, cuius memoria vel in primis nobis grata & ſolemnis eſt, quippe qua fuit fide atque de eccleſia bene merendi ſtudio, maxime ſollicitus fuit de ordinatione

tione quadam eccleſiaſtica, quam ad Megalandrum Lutherum transmiſit, crebriusque ad ipſum litteras dedit. Meminit huius ordinationis SECKENDORFFIVS in Lutheranismo p. 1831. ed. Frickii.

IO. HERTZ, (vel, quemadmodum ENTZELIVS legit, CORDVS,) docere hic incepit anno dicti Seculi XLIV. Circa idem tempus in Principatu Hennebergico floruit VALENTINVS CORDVS Smalcaldiæ Rector, cuius epiſtolas quasdam meminit IOANN. MICH. WEINRICHIVS im Hennebergiſchen Kirchen-und Schulen-Staat p. 563. ſeqq.

M. CHRISTOPH. LYBIVS docuit anno MDXLVIII. Diſceſſit hinc Brandenburgum, ad capeſſendum Superintendentis in veteri vrbe munus, cui per XXVII. annos dextre præfuiſſe, anno MDLXXIII. ad meliorem vitam euocatus dicitur Cl. SCHLICHTIO, in Progr. *quo vitam* LYBII *exponit*, & ſimul CASP. PRÆTORII, Marchiæ noſtræ Ouidii epicedion in illius mortem exhibet; vbi tamen non meminit LYBIVM noſtratem fuiſſe, ſed eumdem ex noua vrbe Brandeburgenſium in veterem vocatum credit. Facile vero colligi poteſt, quod Tangræmunda Brandenburgum diſceſſerit, qui ſacrum ibi munus anno MDL. capeſſiuit. De meritis, ſcriptis, & poſteris meritiſſimi viri breuiores ſumus, quum SCHLICHTIVS de iis pluribus expoſuerit: id vnum addere ὡς ἐν παρόδῳ liceat, Tangræmundam Brandenburgenſibus dediſſe LYBIOS, SCHVLTZIOS, HVNOLDOS, SEIDELIOS, & viciſſim Brandenburgenſes Tangræmundæ CONOVIOS, LEONES, quorum vtroque in loco grata eſt memoria.

AMBROSIVS WILLICHIVS auſpicatus eſt prouinciam Inſpectoris anno MDLIII. cum celebri Almæ Viadrinæ Profeſſore IODOCO WILLICHIO non confundendus.

IOACHIMVS ASSEBVRGIVS, Tangræmundenſis ornare incepit ſpartam anno LXIX. dicti ſeculi, diemque ſupremum obiit anno LXXXVI. d. VII. Ian. Monimento eius ſepulchrali, quod in æde S. Stephano ſacra conſpicitur, inſcripta leguntur verba: DVRA PATI VINCIT, VINCIT PATIENTIA DVRI. Ceterum Formulæ Concordiæ ipſum ſubſcripſiſſe conſtat, eodemque Inſpectore a. MDCLXXVIII. menſe Martio conuentus Tangræmundæ eſt habitus Saxonicorum pariter atque Brandenburgicorum politicorum, nec non auctorum dictæ Formulæ concordiæ, qui deliberabant, quid ad cenſuras principum & theologorum & ad petitionem reginæ Angliæ reſponderi poſſit, vt & illi ad ſubſcriptionem formulæ concordiæ inuitarentur; quod vtrumque etiam factum eſt. Meminerunt colloquii huius religioſi CASP. SAGITTARIVS, vel potius Venerabilis Abbas SCHMIDIVS *Introd. Sagittarianæ ad Hiſt. Eccleſ. T. II. p. 1554.* & RECHENBERGIVS *in Appendice ad Libros Symbolicos p. 308.* Ipſum vero Theologorum conuentum hunc celebrantium reſponſum exhibet HVTTERVS in Concordia concorde c. XXI. p. 164. ſeq. Quod ſupereſt ASSEBVRGIVS noſter ordinis cuſtos fuit fideliſſimus, certas quasdam leges de ſynodo binis anni vicibus ſtato tempore habenda conſignauit, &, quæ ſuo tempore in eccleſia hic obſeruata ſunt, laudabili exemplo ad poſteros transtulit, quem manu ASSEBVRGII exaratum codicem in bibliotheca B. CONOVII, Tangræmundenſis primum, deinde Berolinenſis Diaconi Nicolaitani, fuiſſe accepi.

M. LAVRENTIVS MEYER, Tangræmundenſis, anno huius ſeculi LXXXVI. muneri ſuo præeſſe cœpit.

NICOLAVS WEYDE, Tangræmundenſis acceſſit a. MDXCIII. e vita vero exceſſit anno MDCII. d. XV. Nou. ætatis LVIII.

M. GE-

M. GEORG. GIGAS, Lüneburgenſis acceſſit a. MDCIII.

M. IO. ASSEBVRGIVS, Tangræmundenſis auſpicatus eſt munus Antiſtitis a. MDCXXVI. Fueritne IOACHIMI, cuius antea mentionem fecimus, filius, non quidem certo adfirmauerim: id vero noui, eum ex Rectore huius ſcholæ a. MDC. ad Diaconi Tangræmundenſis ſpartam euectum, tum Archi-Diaconum, denique Inſpectorem conſtitutum fuiſſe, cui vero poſtremo muneri nonniſi per anni ſpatium præfuit. Quum ſcholæ faſces adhuc teneret, edidit a. MDXCVIII. *quartum librum Eſræ in vernaculam translatum, Scholiisque & ſummariis auxit.* Magdeburgi prod. forma quam vocant, quarta. Translationem hanc ad fontem græcum maxime inſtituit, atque, vt tum erant tempora, ſatis ſcite interpretatus eſt: quamuis neque id negem, quæ in codice noſtro exſtat, verſionem B. CRAMERI, elegantiorem eſſe & ad germanicam loquendi rationem magis accommodatam. Plura in auctorem huius libri Eſræ inquiſiturus deprehendet in celeberrimi FABRICII *Biblioth. græca L. III. c. XXIX. §. 8. p. 747.* eiusdemque *Codice N. T. Apocrypho T. II. p. 936. ſeqq.* vbi pro more, id eſt eruditiſſime, diſſerit. Niſi limites diſſertatiunculæ noſtræ eſſent anguſtiores, ſpecimen translationis huius ASSEBVRGII cum CRAMERIANA comparatum darem: illudque eo magis, quum illam hactenus deprehenderim incognitam, &, quod ſciam, nemini memoratam.

LAVRENTIVS PRÆTORIVS, ſiue SCHVLTZE, Lindſtetenſis Palæo-Marchicus, patre cognomine verbique miniſtro a. MDXCIII. natus. Ex Paſtore Schmerſauienſium Tangræmundam vocatur a. MDCXXV. vbi Diaconus, & poſt biennum Paſtor atque Inſpector denominatur. Plura Vir pientiſſimus dum Tangræmundæ vixit, ſuſtinuit. Non enim belli tantum ſæuitiam expertus,

quæ

quæ ciuitatem noſtram maxime adflixit, ſed falſæ etiam & iniquæ inuidiæ tempeſtatem, ſi quisquam, ſubire coactus eſt. Anno MDCXL. Halberſtadii locum paſtoris in templo cathedrali, & confecto triennio, Gardelegiæ munus Paſtoris atque Inſpectoris obit, cui per integros XXIV. annos ſumma cum fide præfuit, & anno demum MDCLXVII. ſeptuagenario maior deceſſit. Conf. CHRIST. SCHVLTZII Auf- und Abnehmen der Stadt Gardelegen p. 79. Reliquit filium IONAM, LAVRENTIVS noſter, primum ſcholæ patriæ Con-Rectorem, tum Rectorem, poſt Archi-Diaconum Marianum Stendalienſem, denique Brandenburgenſium in noua vrbe Superintendentem, cuius vitam expoſuit CL. M. GOTTSCHLINGIVS *in rebus Præceptorum Neo-Brandeburgenſium p. 33.* pluribus vero expoſiturus eſt Pl. reuerendus atque doctiſſimus Dn. RVDEMANNVS Stendalienſium Paſtor Iacobitanus vigilantiſſimus, qua occaſione LAVRENTII quoque vitam non parum illuſtratum iri ſperamus.

SAMVEL WILHELMI, Strelitzenſis Megapolitanus, natus anno MDXCV. eccleſiam hanc, vt paſtor, docere incepit MDCXLI. poſtquam per aliquot annos iam Diaconi ſpartam expleuerat. Denatus eſt Tangræmundæ a. MDCLVIII.

*M.* GEORGIVS HVNOLDVS, Leisnicenſis Miſnicus, a. MDCXXII. lucis huius vſura frui cœpit, Tangræmundæ primum Diaconus, & anno MDCLIX. Paſtor conſtituitur, ſuada theologica & non minore facundia, quam eruditione pollens, neque exigua muſicæ peritia inſtructus, cuius ope decalogum & Symbolum Apoſtolicum ad numerorum regulas redegit, & ad inſtrumentum muſicum conſcripſit, notis præterea theologicis auxit. Brandenburgi mortuus eſt. Huc enim profectus erat ſalutaturus

taturus

taturus filios IOANNEM Rectorem ſcholæ in noua vrbe florentis & poſteaReuerendiſſimiCapituli Syndicum,quem CL. M. GOTTSCHLINGIVS inſigne Lycei decus *l. c. p.66.* appellat, & MATTHIAM, Scholæ Palæo-Brandeburgenſis Sub-Rectorem, poſt vero Cotbuſienſem Con-Rectorem.

CHRITOPHORVS LEO, Brandenburgenſis. Ex Paſtore in Groſſen Creutzwitz, prope Brandenburgum Diaconus Tangræmundenſis anno MDCLXXX. ſub ipſum illud tempus quo lues contagioſa quam vehementiſſime hic ſæuiebat, & ſeptennio exacto Paſtor atque Inſpector renunciatur. Tangræmundæ quoque obiit.

HADRIANVS BELCOVIVS, Stendalienſis, ſcholæ patriæ primum Con-Rector, deinde Rector, tum Diaconus Nicolaitanus, poſt Marianus, inde Paſtor ad dictam Mariæ ædem, anno vero MDCLXXXIX. Paſtoris & Inſpectoris munus ornaturus Tangræmundam accedit. Beate obiit Tangræmundæ anno MDCCIV. ætatis LXII.

D. IO. CHRISTOPHORVS MEVRERVS, Stutgardienſis Würtembergicus, anno MDCCV. huc acceſſit, idem antea veteris Marchiæ & Prignitiæ Generalis Superintendens, nec non templi Nicolaitani Paſtor isque Primarius Stendalienſis, & Inſpector a Sereniſſimo Pruſſiæ Rege conſtitutus, vtrique autem & Stendalienſi & Tangræmundenſi ampliſſimo muneri ad annum vsque MDCCVIII. præfuit, quo ipſo Tangræmundæ excepit eum Maxime Reuerendus *SEIDELIVS.* Ceterum ſupereſt adhuc, & diuina fauente gratia quam diutiſſime ſuperſit Summe Reuerendus *MEVRERVS* inſigni eruditionis gloria, ſcriptisque doctiſſimis per vniuerſam Marchiam, immo per orbem litterarium longe celeberrimus.

*M.* CHRISTOPH. MATTHÆVS SEIDELIVS, Leucopetrenſis Miſnicus. Inauguratur primum a. MDCLXXXIX.


adiunctus

adiunctus Paſtor Marbachienſis haut procul Dresda, poſt biennium Paſtor Wolckenburgi, anno MDCC. Schönbergi in Diœceſi Seehuſana veteris Marchiæ, inde Tangræmundam vocatur ad capeſſendum Inſpectoris munus a. MDCCVIII. anno autem MDCCXV. Brandenburgum abit ad ornandam Inſpectoris in noua vrbe prouinciam, Berolinum denique iuſſu Regio anno MDCCXVII. diſcedit, vbi (faxit Deus quam diutiſſime ſaluus atque incolumis) Præpoſiti & Paſtoris Nicolaitani munia ſtrenue obit.

*M.* IO. EBELINGIVS, Heimerslebienſis Magdeburgicus ex celeberrimi Polyhiſtoris REISKII ſchola in Almam Iuliam abit, vnde Lectoris in cœnobio Mariæuallenſi partes ſuſcipere iubetur, hinc Rectoris Solquellenſis in noua vrbe munus auſpicatur, ibidemque breui poſt Diaconus deſignatur, annoque MDCCXV. Tangræmundæ Antiſtitis munus ornare incipit. Deus *O. M.* vitam viresque ei largiatur, vt, quod hactenus fecit, de eccleſia ſcholaque noſtra in poſterum quoque bene mereatur!

§. XI.

Promiſſi memores de ſchola quoque Tangræmundenſi quædam addere incipimus, de iis, qui iuuentutem docuerunt in Lyceo huius ciuitatis, gratæ recordationis cauſſa nonnulla commemoraturi, quum fas pietasque iubeat merita virorum optimorum grata memoria tenere. Id vero diſſimulandum non eſt, omnes illos recenſeri non poſſe, qui inde a temporibus emendatorum ſacrorum de ſchola hac bene meriti ſunt, quum librum iſtum, quo ſingula eorum nomina inde a reformatione fuerunt conſignata, oculis cernere mihi non dum lieuerit, quamuis admodum reuerendus *ABRAHAMVS SCHWECHTENIVS* in litteris ad me menſe Iulio anno *MDCCXX.* datis plura de hoc libro commemorauerit, quæ non ingrata forent lectoribus,

ribus, ſi modo adeſſet liber fruſtra hactenus expetitus. Recenſebo itaque plurimos ſaltim Præceptores, qui Tangræmundenſe Lyceum ornauerunt.

§. XII.

Ad Rectores itaque quod attinet, ex illis ſequentes mihi innotuerunt:

*M.* IO. ASSEBVRGIVS, Tangræmundenſis, cuius iam ſupra inter Antiſtites mentionem feci, ſcholæ huic præfuit anno MDXCVIII.

LEVINVS GEORGI, Seehuſanus ſtatim poſt ferale illud incendium, cuius culpa in feminam peſſimam Margaretham Minden refertur, ſcholam gubernauit. Poſtea vero MDCXIX. Gardelegiæ Diaconi munus obiit, ibidemque anno ætatis XLIV. miniſterii XXI. vitam cum morte commutauit. Vide *CHRIST. SCHVLZIVM l. c. p. 85.* Filium habuit IOANNEM, qui ſcholæ primum Solquellenſis in vrbe noua Rector, poſt Neuendorffenſium Paſtor, denique Tangræmundenſium myſta vocatus eſt.

Henricus ~~IO.~~ SCHIMMELPFENNIG, de quo, quod commemorem, nihil habeo: memini tamen me legiſſe, Secretarium huius ciuitatis eiuſdem nominis vixiſſe anno MDCXXIX. Hic erat frater Henrici, cuius nomen erat Ioannes Schimmelpfennig

IACOBVS ANNISIVS, qui anno MDCXXIII. abiit.

IACOB. GEBHARDI, per decennium ſcholam hanc moderatus eſt, & anno MDCXXXVIII. viuere deſiit.

*M.* FRID. CONOVIVS, Brandenburgenſis, merito maxima cum honoris præfatione nobis commemorandus, quippe qui, ſi quiſquam, de ſchola hac egregie fuit meritus. Patre vſus eſt *PETRO CONOVIO*, Primislauienſi, Diacono primum Berolinenſi Mariano, tum Brandenburgenſium in veteri vrbe Superintendente, cuius vitam expoſuit *CL. CARSTEDIVS peculiari Programmate*, ibidemque

nec non *CL. SCHLICHTIVS* in der Hiſtoriſchen Nachricht von der Salderiſchen Schule p. 79. FRIDERICI huius, ſed vel parce, vel ſecus meminit, quod tamen pace CLL. Virorum dixerim. Suſcepit PETRVS FRIDERICVM noſtrum anno MDCXII. m. Ianuario, eumdemque in ſchola patria primum erudiri iuſſit, deinde comitem fratri CHRISTIANO dedit, quum Iutrebocum abiret ſpartam Rectoris ibi ſuſcepturus. Inde Vitembergam conceſſit, domum vero ob temporum bellique calamitatem breui poſt reuocatus eſt. Anno MDCXXXII. Pritzwaldiæ locum Rectoris ornare iubetur, cui per anni ſpatium dextre præfuit, ſequenti anno patriam repetens ibique ſcholam moderaturus, magiſtri gradu in Alma Roſarum impetrato. Ornauit hoc munus nonniſi XVIII. menſes, eidemque iubente militum inuaſione & ſtipendii retardatione renunciauit, ſeque denuo in Almam Leucoream contulit, vbi ab ore celeberrimorum virorum per integrum quadriennium pependit, & celebritati primi Iubilæi in memoriam Confeſſionis Auguſtanæ interfuit. Anno autem huius ſeculi XXXVIII. commendante AVGVST. FLEISCHHAVERO, Vitembergenſis Eccleſiæ Archi-Diacono faſces huius ſcholæ accepit a B. LAVRENTIO PRÆTORIO traditas, Directoris titulo ornatus, ſcholæque huic per integros XLIV. annos præfuit pariter atque profuit. Quam plurimos intra tam longam temporibus ſeriem habuit diſcipulos, Marchiæque Præceptor eodem iure quo MICRÆLIVS Pomeraniæ vocari meretur, cuſtos diſciplinæ ſcholaſticæ fuit vigilantiſſimus, ſpartas alias oblatas amore Tangræmundæ ſingulari captus recuſauit, reliquis collegis ſuis tabulas vocationum auctoritate Ampliſſimi Senatus latino ſermone exaratas tradidit, muſeoque ſuo lectionibus priuatis deſtinato inſcripſit: GRA-

TIS

TIS POENITET ESSE DILIGENTEM. Nihil, quod ſciam, in vulgus edidit, & contagioſa lue correptus anno MDCLXXXVI. obiit.

ANDR. MATTHIAS RVHLE, Tangræmundenſis, iactis in patria nec non Magdeburgenſi ſchola ſtudiorum fundamentis, atque hic venerabilem Abbatem Bergenſem GOEBELIVM Patronum & ſtudiorum amplificatorem nactus Lipſiam ſalutauit, inde redux ſic volente GOEBELIO informatoris partes in dicto cœnobio ſuſcepit, ſcholæ vero patriæ faſces tenere iuſſus eſt anno MDCLXXXIII. dignus anteceſſore ſucceſſor, ſocero gener. Edidit Programma *de omnium nouorum nouiſſimo* GOEBELIANO nomini inſcriptum, & anno MDCLXXXVI. Pareienſium Paſtor, decennioque elapſo Magdeburgenſium Diaconus, & poſt KOCHII obitum Paſtor isque Iacobitanus eligitur, quod quidem munus adhuc ornat, & vt diu ornet in vegeta ſenectute, Deus *O. M.* faxit! Ex ſcriptis eius in primis *memoria iubilæi gamici Kochiani* innotuit.

M. GVILIELMVS GOTHOFR. SCHVBANDVS, Burgenſis-Saxo, ſcholæ huius Rector anno MDCLXXXVI. m. Decemb. inauguratur, præmiſſo *Programmate de perpetuo microcoſmi mobili.* Aliquot edidit Programmata crebris actibus oratoriis præmiſſa, ſiquidem declamando & diſputando ſuos ſtrenue exercuit. Florentiſſimam ſcholam habuit, in patriam vero anno MDCXCI. reuocatus, eique Paſtoris munus demandatum eſt, quod adhuc hodie vna cum dignitate Superintendentis ornat.

IOACH. DAMES, vir integritate, fide atque pietate maxime conſpicuus, inprimis morum elegantiam ſedulo inculcauit, ordinem ſecundum plane collapſum inſtituit, ſingulisque diebus dominicis exercitationes ſacras in ſcholæ acroateriis habuit, quibus intereſſe iuſſit finitis ſa-

cris diſcipulos, quod vero inſtitutum vtut ſaluberrimum neſcio quo caſu interruptum eſt. Aliquot Programmata orationibus in memoriam natiuitatis, & reſurrectionis Chriſti habitis præmiſit, anno MDCXCIV. ad parochiam Mega-Beuſteranam in Diœceſi Seehuſana vocatus, & anno MDCCXX. pie denatus.

IO. GOTHOFREDVS ELSENER, acceſſit ad ſpartam Rectoris capeſſendam anno MDCXCIV. Innotuerunt ex ſcriptis eius mihi ſequentia: **Kurtze Antwort auf die ſo genannten einfältigen Gedancken von Judå Iſcharioths Abweſenheit bey dem Abendmahl**, *Magdeburg. 1692. 4to Programmata de roſa Saronitica, de ſapientia nobiliſſima eaque de ſolo Chriſto haurienda, de natali Schilo*, quod poſtremum Regiomonti in Neo-Marchia edidit, quorſum a. MDCXCVII. vocatur, & menſe Octobri refragante tamen Inſpectore Wittſcheibio in munus immittitur, annoque MDCII. menſe Maio Soldini Inſpectoris prouinciam ſuſcipit. Plura de eo habet KEHRBERGIVS **in der Beſchreibung der Stadt Königsberg**, P. I. c. XXIV. p. 175. 180.

LEVIN. ERNESTVS KRIEGER, Gardelegienſis, anno MDXCVII. munus Rectoris Tangræmundæ ingreditur, eidemque vsque ad annum MDCCI. præeſt, quo ipſo Oſterburgum diſcedit ad Diaconi munus obeundum, quod in hunc vsque diem obiit, propediem ad nouum paſtoris adiuncti munus Horneburgi in Principatu Halberſtadienſi ornandum abiturus, quod ipſi ex animo gratulamur. Ceterum id non prætereundum eſt, eumdem, dum Rectoris munus curabat, ſingulis diebus feſtis carmina & inſcriptiones valuis templi ad pietatem auditorum excitandam adfigi iuſſiſſe, & Programmata duo, alterum *de χριςομαθέιᾳ, de ἀγρυπνίᾳ in ſpecie ſcholaſtica* alterum edidiſſe.

SIGIS-

SIGISMVNDVS ANDREAS CVNO, Scheningenſis, natus anno MDCLXXV. Patre vſus IO. HENRICO, Camerario & Conſule Scheningenſe, ex Guelferbytana, nec non patria & Magdeburgenſi ſchola ANT. GVERNERI CVNONIS, anno MDCXCVII. diſceſſit in Almam Iuliam & virorum celeberrimorum inſtitutione vſus a. MDCCI. d. 25. Octobr. Tangræmundæ ſolemni ritu inauguratur, & habita oratione *de officio boni Præceptoris & boni diſcipuli* Rectoris prouinciam auſpicatur. Anno MDCCVII. a Sereniſſimo Duce Brunſuicenſi ANTON. VLRICO in patriam ſcholam reuocatur, ibique Con-Rectoris, & NOLTENIO defuncto Rectoris ſparta ei demandatur, cui in Lyceo Ducali Anna-Sophianeo in hunc vsque diem præeſt, & vt adhuc diu præſit, Deum precor. Plurima edidit programmata: *de diligenti litterarum perſcrutatione, de dono eloquentiæ, de repurgata per Lutherum eccleſia, de exercitatione ad artium perfectionem neceſſaria, de præſtantiſſimo litterarum inuento, de penna, de charta, de atramento, de origine feſti Michaelis, de vulpeculis ſcholaſticis, de Typographia, Orat. Panegyricam in obitum laudatiſſimæ Principis ANNÆ SOPHIÆ Lycei fundatricis ſereniſſimæ.*

IO. CHRISTIAN. FVSSELIVS, Freibergenſis Miſnicus, natus anno MDCLXXIV. in ſchola Döbelenſi primum Rectore WALLRICHIO probe imbutus, a. MDCLXXXVI. Gymnaſium Freibergenſe, a. MDCXCIV. vero Lipſiam ſalutauit, inde Halam conceſſit. Tangræmundam appulit commendante celeberrimo FRANCKIO & poſtquam nonnullorum iuuenum ſtudia moderatus erat, a. MDCII. Con-Rectoris, exactoque quinquennio Rectoris locum ornare incipit. Pie obdormiuit a. MDCCXVII. ætatis XLII. quum de Pontificiorum canoniſationibus Programma quoddam ſcholaſticum conſcriberet. Vulgauit ſequentia

Pro-

Programmata *de heptalogo Chriſti, de eius triumpho, de perſecutionibus chriſtianorum.*

IO. GANSAVGIVS, Tangræmundenſis, Con-Rector primum ſcholæ patriæ denominatur anno MDCCVII. quo in munere Programma edidit anno MDCCVIII. orationibus *in feralis illius incendii*, cuius ſupra meminimus, *memoriam* præmiſſum, & poſtquam fidem inſignem atque in docendo dexteritatem per integrum decennium ſatis probauerat, Patronis adnuentibus B. FVSSELIVM in Rectoris officio excipit anno MDCCXVII. At enimuero poſtridie, quam in nouum munus erat immiſſus, antequam lectionem Rectoris ordinariam auſpicabatur, ad capeſſendum officium Paſtoris Pareienſis inuitabatur, hinc paucis poſt hebdomadibus Deo ita volente ſcholæ vale dixit, vt verbis vtar Venerandi EBELINGII in Programmate *de Iubilæo Lutherano Tangræmundenſium ſcholæ fatali.*

Quo facto ſingulari Dei nutu atque prouidentia ego quidem Ampliſſimi Senatus litteris Berolino euocatus ſum, mihique quiduis aliud cogitanti ſparta hæc impoſita atque demandata eſt. Tradidit nimirum Venerandus EBELINGIVS noſter in ſolemni Panegyri anno MDCCXVIII. d. VI. Mart. munus Rectoris habita prius oratione *de honeſta ingeniorum æmulatione*, quam mea *de ingeniorum exploratione a ſcholæ Præceptoribus non negligenda* ſubſequebatur. Quæ ceterum ex illo tempore pro virium modulo in ſcholæ emolumentum conferre ſtudui, de eo præter rectæ voluntatis conſcientiam teſtabuntur qualiacumque ſpecimina, quæ quidem inter catenatos ſcholæ labores hactenus edere licuit, quæue nuuc lubens prætereo.

§. XIII.

Ordo poſtulat, vt illos quoque in proſcenium producam, qui

qui Con-Rectorum munus in ſchola Tangræmundenſi obierunt. Sed querelam illam meam veterem repetendam mihi eſſe intelligo: eos tantum cum benevolo lectore communicaturus, qui innotuerunt mihi.

CHRISTIANVS WELLMANNVS, Magdeburgenſis, cuius vitam quum CL. LVDOVICI in der Schul-Hiſtorie *P. IV. p. 122.* iam expoſuerit, id addere ſufficiat: WELLMANNVM Generoſiſſimi Domini de Bismarck Dynaſtæ in Brieſt filiis præfectum fuiſſe, vt illos bonarum artium ſtudiis imbueret, poſtea vero anno MDCXXXIV. Con-Rectoris locum Tangræmundæ obtinuiſſe, quo tamen munere poſt triennium ob deuaſtationem ciuitatis, & cupiditatem in ſtudia vlterius incumbendi ſponte ſe abdicauit, inprimis quum ægre tuliſſe videatur defuncto Rectore GEBHARDI nouum Vitemberga accerſiri. De itineribus eius, & quod in patria demum Rectoris prouinciam cum laude ſuſtinuerit, plura commentatur Dn. *LVDOVICI* l. c. ex concione in obitum eius a *TOB. CVNONE*, Magdeburgi habita, ex qua in præſenti id ſubiungimus: WELLMANNVM, Pariſiis collegia ſermone Ebraico inſtituiſſe, & quod maxime laudi ducitur, legationis cuiusdam partes a Magdeburgenſibus demandatas egregie, non tamen ſine vitæ periculo obiiſſe.

GERHARDVS HIMSELIVS, Magdeburgenſis, qui, quando ſcholæ huius Con-Rector fuerit, non quidem conſtat, inſerendus tamen ideo eſt, quum HENNINGVS WITTE, in Diario Biographico meminerit, eum anno MDCLXXVI. d. 7. Ianuar. mortuum eſſe, eumdemque ex Con-Rectore Tangræmundenſi Medicæ artis Doctorem, Mathematum & Philoſophiæ naturalis Profeſſorem apud Reualienſes fuiſſe, ætatis anno LXXIII.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-459541-p0031-9

officii XLIV. obiiſſe, & architecturam militarem, cometologiam, atque calendaria parauiſſe.

CASP. ANDREAS GVNTZ, Tangræmundenſis, muneri Con-Rectoris anno MDCLI. præfuiſſe legitur. Familia GVNTZIORVM (Gunſt vulgo dicunt) Tangræmundenſibus celebris & præclara eſt, & Conſul quidam eiusdem nominis doctiſſimus bibliothecæ huius templi ſupellectilem ſuam librariam inſeruiſſe exiſtimatur.

IO. DANCKER, Tangræmundenſis, circa annum MDCLIII. hoc munus geſſit, ex Con-Rectore Secretarius ciuitatis, ex Secretario Conſul factus, annoque LXXVII. defunctus.

NICOLAVS POLEMANN, Con-Recturam anno MDCLVIII. ornaſſe, & per aliquod tempus Cantoris partes ſimul expleuiſſe legitur.

ANDREAS BALLERSTÆDT, Tangræmundenſis, anno MDCLXXXIII. menſe Ianuar. deceſſit, contagioſa lue, qua ad vnum omnes ſcholæ huius Præceptores tum exſtincti ſunt, correptus.

ABR. SCHWECHTENIVS, Arneburgenſis, primus poſt contagii tempora ſcholæ noſtræ inſtaurator, vidit ſcholam deſtitutam, vidit quoq; reſtitutam. Fungi cœpit munere ſuo a. MDCLXXXIII. d. X. Febr. & miſeris iſtis temporibus vnus ſcholam gubernauit, vsque dum *RVHLENIVM* ſupra laudatum collegam accepit. Edidit *SCHWECHTENIVS* noſter Programma anno MDCLXXXV. ſub titulo: *Triplex gratia numinis noſtri, quo ad actum progymnaſmatico-oratorium de immaniſſimis iuratiſſimi conſtantiſſimique tyranni Turcici armis profligandis longiſſimeque arcendis* inuitauit. Habitæ ſunt hæ orationes ob ſcholæ acroateria nondum reædificata in templo noſtro primario. Sequenti anno diſceſſit munus Paſtoris auſpicaturus, & adhuc hodiæ Bergæ prope Gardelegiam

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-459541-p0032-5

delegiam ſacro munere diuina gratia fungitur. Deus ipſum ſartum & incolumem diutiſſime ſeruet!

ANDREAS SCHROEDTERVS, Burgenſis Saxo, auſpicatur munus ſuum anno MDCLXXXVI. menſe Decembri, variaque edit Programmata *de philoſophorum & eruditorum ſcientia, quantum inprimis ſpectat ad vſum ſcholaſticum triuialem, de triplice domo pacis fulcro, ſuum cuique tribue, neminem læde, tua defende.* Viuere deſiit Tangræmundæ anno MDCCI.

IO. CHRIST. ZAHNIVS, Tangræmundenſis, dicto anno menſe Ianuario acceſit, inde Hauelbergam diſceſſit, vbi eodem munere fungitur.

IO. CHRIST. FVSSELIVS, vide ſupra Rectores.

IO. GANSAVGIVS, vide itidem Rectores.

IO. CHRISTOPHORVS PETZELIVS, Helmſtadienſis, anno MDCCXVII. vna cum CL. GANSAVGIO inauguratur, biennio autem elapſo Perlebergam abit, vbi partes Rectoris ſibi demandatas ſuſcipit, quas hodienum ornat.

SIMON PLÆNIVS, Tangræmundenſis, in munus Con-Rectoris, a me immittitur anno MDCCXVIII. habita oratione inaugurali in dictum: *Grammatica contemtum ſui in iuuentute vindicat tandem in ſenectute*, poſtquam ego *de præſtantia muneris ſcholaſtici ſub contemtu* quædam fueram præfatus. Conf. ſi placet Programma noſtrum *de Grammatica contemtum ſui vindicante.* Ceterum Deus O.M. ipſum omnis generis felicitate beet, & diutiſſime conſeruet!

§. XIV.

Sequantur illi, qui Cantorum locum, ſeu tertium inter Præceptores ordinem tenuerunt, quos, quotquot inveni, communicabo

THOMAS HOLE, legitur Cantor fuiſſe a. MDCXXXIII.

PETRVS HAVELAND.

CHRISTIANVS BVNGER, Cantor fuiſſe legitur a. *MDCXLIX.*

CHRISTOPH. DVRERVS, Cantoris officio præfuit a. MDCLI. poſtea cooptatus in ordinem Senatorium, tandem Camerarius conſtituitur. Obiit anno MDCLXXIX. menſe Auguſto.

IO. FLVGGE, Cantor fuit anno MDCLVIII.

ANDR. GVSSOVIVS, Seehuſanus ex Cantore Diaconus eccleſiæ Tangræmundenſis, moritur a. MDCLXXVII.

IO. GEORG. ARELDVS, Cantoris munus ſuſcipit anno MDCLXV.

HENR. LOENING, quando acceſſerit, compertum mihi non eſt. Id accepi eum tandem oppidi cuiusdam Cheruſciæ fuiſſe conſtitutum Superintendentem.

IO. CHRIST. CONRADI, acceſſit anno MDCLXXIII. breui autem poſt Magdeburgi vicarius conſtituitur, vbi etiam obiit.

IOANN. GEORG. HELBIG, Variſcus, acceſſit anno MDCLXXXIV. nunc organœdi vices apud nos ſuſtinet, ſimulque ærario eccleſiaſtico ab epiſtolis eſt.

IO. THOMAS SCHOLCKMEYER, Brunſuicenſis acceſſit anno MDCXCV. quem ſoſpitem Deus O. M. ſeruet!

§. XV.

Qui quarti Collegæ locum Tangræmundenſi in ſchola tenuerunt, non minus forent enarrandi, ſi modo certi quicqnam de iſtis referre poſſem. Hoc equidem certo noui, quinque olim fuiſſe ſcholæ noſtræ præceptores, id quod ſtipendia ex ærario eccleſiaſtico quinque collegis adſcripta docent: neſcio tamen, vtrum temporis iniuriæ, an aliis quibusdam cauſſis adſcribendam ſit, nonniſi quatuor nunc ordines ſiue claſſes, totidemque Præceptores ſcholæ Tangræmundenſis numerari. Adducam igitur PAVLVM CISTAM, præter quem nemo illorum mihi innotuit, qui quarti præceptoris munere in ſchola hac functi ſunt.

§. XVI.

§. XVI.

Iſti potius adiungendi ſunt, qui Collegæ quinti partes ſuſceperunt, ne quid, quod ad ſcholæ huius hiſtoriam pertinet, deeſſe videatur. Sunt vero, quos comperire licuit, ſequentes:

IACOBVS NOSE, Stendalienſis, ſpartæ huic præeſſe cœpit a. MDCXLVII. cui tamen poſt aliquot annorum ſeriem rei familiaris ſtudio ductus renunciat. Mortuus eſt Tangræmundæ anno MDCLXXXV.

IO. PLATO, legitur hic vixiſſe circa annum MDCLVIII. vtrum ex familia MATTHIÆ PLATONIS ſit, neſcio, quem HENN. WITTE, l. c. refert Solquellenſem Marchicum, & primum patriæ ſcholæ Con-Rectorem, dein Paſtorem Griesbacenſem, tum Conſiliarium Eccleſiaſticum & Inſpectorem Ambergenſem Annoque MDCXVII. ætatis LXXII. deceſſiſſe, *& libro vitæ, breuique de præcipuis Ppntificiorum erroribus inſtructorio* inclaruiſſe.

MAVRIT. ZERNACK, anno MDCLXIII. a B. CONOVIO inauguratur.

CASP. DONAT a. *MDCLXXXI.* contagioſa lue correptus obiit.

CHRIST. LINDICKE, acceſſit anno MDCLXXXIV. annoque MDCCI. abiit Ragúſium, inde Burgum, denique Spandouiam, vbi lectoris in Xenodochio partes ſuſtinuit, ibidemque deceſſit.

CHRIST. RVHLE, Tangræm. muneri huic renunciat.

MATTHIAS FRANCKE, anno *MDCCXIV.* menſe Maio inauguratur, collapſum quintum ordinem reſtaurat, munerique ſuo ad vitæ finem, qui in annum *MDCCXVII.* incidit, digne præeſt.

CASPARVS HINDENBVRGIVS, Gardelegienſis, dicto anno ad munus hoc obeundum Hala euocatur, cui omnia felicia precamur!

§. XVII.

§. XVII.

De ſcholæ ſtatu ex ordinis lege quædam ſunt addenda. Verum, quod ad exteriorem illum, ſiue ædificium ipſum attinet, non eſt neceſſe vt prolixi ſimus, niſi forte id addere velimus, ſcholam noſtram a. MDClX. RITTNERO teſte ædificatam & in citeriore templi Stephaniani parte locatam, incendio vero funeſto deuaſtatam inque vlteriore, qua etiam nunc conſpicitur, dicti templi parte poſitam fuiſſe. De interna vero ſcholæ facie & inſtitutione docendique methodo ſi exponendum foret, id certe verendum erat, ne lectoris patientia abuteremur, & programmatis limites tranſiliremus. Sic tamen habeto, *LECTOR BENEVOLE*, nihil nos, quod præfiſcini dictum ſit, facere reliqui, quod in triuialibus, quas vocant ſcholis, & ad iuuentutem fidei noſtræ commiſſam probe ſolideque inſtituendam poteſt deſiderari, quamuis ab illorum moribus abhorreamus, qui, ſi non alios mercede conducunt ad buccinandos conatus ſuos, certe ipſi ſecus, quam par eſt, etiam dum aliis detrahunt, ſua extollunt, inque methodo ſua inſtitutisque prædicandis nimii ſunt.

§. XVIII.

Atque hæc ſunt quidem, quæ de memorabilibus quibusdam Tangræmundenſibus in præſenti commentari placuit. Contenti hoc catone iubemus eſſe *LECTOREM BENEVOLVM*, etiam atque etiam precati, vt in æquiorem partem omnia interpretetur, & ſi quid minus recte ſcripſimus, non ſcriptum exiſtimet: neque enim vltra vires potuimus, non ſingulis, quæ quidem optauimus, præſidiis inſtructi. Iis vero, qui vlla in re conſilio opeque inſtitutum hoc noſtrum adiuuarunt, & quicquam nobiscum communicarunt, inprimis Ampliſſimo huius ciuitatis Senatui debitas perſoluimus gratias, gratoque & memori

mori hanc beneuolentiam animo agnoſcimus & prædicamus, qualibuscumque officiis iisque paratiſſimis idem iſtud quauis data occaſione teſtaturi. Ceterum pro inclita hac ciuitate, & ſpeciatim quidem ſchola noſtra pias preces fundimus. TE itaque, TANGRÆMVNDA,

Vrbs clariſſima Marchiæ,
TE ſemper bona pax amet,
Et TE ſemper amantibus
Cedant omnia recte!

Semper pax TVA mœnia
Colat! ſemper in ædibus
TVIS copia dextera
Larga munera fundat!

Scholam vero noſtram benigniſſimum Numen perpetuo florere, atque pietatis ingenuarumue artium officinam & bonæ mentis domicilium numquam non eſſe iubeat, quo Deo fauente, Patronis adnuentibus, ſtrenue laborantibus Præceptoribus in ſpem eccleſiæ, publicæque & litterariæ rei adoleſcant diſciplinæ noſtræ alumni!

## §. XIX.

Quod reliquum eſt, cauſſa ſcribendi non erit prætermittenda. Producendi nimirum ii ſunt, qui diligentiæ profectuumque ſpecimen edituri ſunt, ſeque Patronis ſcholæ noſtræ probaturi, quos quidem tanto maiori cum fiducia partibus ſuſceptis ſatisfacturos credimus, ſi quidem Patroni honoratisſimi, & quicumque conatibus noſtris fauent, declamaturorum diligentiam præſentia honorifica accendere & excitare voluerint. Declamabunt vero de hiſtoria nobilisſimo ſtudiorum genere, ſequenti, non tamen ſubſelliorum habito ordine:

SA-

SAMVEL CONRADVS KVSTER, Halenſis Magdeburg.
de dicto TVLLII lingua vernacula, ſermone ſolulto exponet: Ea neſcire, quæ ante nos geſta ſunt, idem eſt ac ſemper eſſe puerum. Hunc dicendo excipiet

NICOLAVS NORBERTVS PITZER, Tangræmundenſis, qui in hiſtoriæ laudes vberius excurret, eamdem ſermone latino & ſoluto quidem ſcholæ magiſtram & prouidentiæ diuinæ ſpeculum eſſe ſignificaturus.

Deinde IVLIVS LVDOVICVS WOLDICKE de ARNEBVRG, Eques Palæo-March.
de hiſtoriæ patriæ cultura maxime neceſſaria diſſeret ſermone patrio.

Tum CHRISTIANVS LEBERECHT WILKENIVS, Caluoerda-Brunſuicenſis. &
PETRVS ZACHARIAS SCHWECHTENIVS, Berga-Palæo-Marchicus.
de cauſſis neglecti ſtudii hiſtorici, ille quidem ligato, hic ſoluto ſermone, eoque latino diſſerent.

Quo facto GEBHARDVS IOANNES GVILIELMVS KAHRSTEDT, Tangræmundenſ.
CHRISTOPH. ALEXANDER BITTER, Halberſtadienſis.
IOANNES IOACHIMVS STETZEL, Tangræmundenſis.
HERBOLDVS CHRISTIANVS FVSSELIVS, Tangræmund.
in origines, & res memoratu dignas Tangræmundenſes dialogo germanico, & ſoluto quidem inquirent. Finem dicendi faciet, & commilitones hiſtoriæ laudem prædicantes ſubſequetur

IOANNES GOTHOFREDVS LVDOV. EBELINGIVS, Neo-Solquella Palæo-March. &
Hiſtoriam litterariam ex tribus potiſſimum cauſſis commendabit.

Ad quos die craſtino loco conſueto declamaturos beneuole audiendos qua decet obſeruantia atque humanitate inuito. P. P. Tangræmundæ, a. d. IIX. Mart. cIɔ Iɔ CCXXII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-459541-p0038-9

## Q. D. B. V.

# *ACCESSIONES* AD *MEMORABILIA TANGRAEMVNDENSIA.*

I. Inſtituti ratio. II. De templo, quod D. NICOLAO. III. De eo, quod GERTRVDI ſacrum fuit. IV. Eius deſolatio. V. De cathedrali templo IOANNI ſacro, eiusque Canonicis ex Diplomate, quod inſeritur. VI. Confirmatio Marchionis Iodoci. VII. De templo DIONYSIO ſacro, poſt ELISABETHANO. VIII. Qnædam de STEPHANIANA æde adduntur. IX. Ex Viſitationum Receſſibus quædam obſeruantur. X. Quomodo Rex Pruſſorum FRIDER. I. hic exceptus eſt. XI. Scopus Programmatis.

### §. I.

ANte hos octo menſes memorabilia quædam Tangræmundenſia publicaui, cuius inſtituti tantum abeſt vt pœnitentia me capiat, vt potius mihi gratulatus ſim occaſionem accepiſſe de rebus vrbem hanc ſpectantibus monimenta quædam mihi antea incognita perluſtrandi, & quæ ipſe collegeram, locupletandi. Huc refero, quod contigit mihi ex HELMERICI Annalibus olim nondum viſis proficere, id quod beneuolentiæ



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-459541-p0039-7

Illuſtris GOLDBECKII in Supremo Veteris Marchiæ Tribunali Conſilarii Regii Spectatiſſimi debeo, meque publice obſtrictum ſentio. Huc quoque refero, quod indulgente Ampliſſimo huius vrbis Senatu licuit indices, quos vocant eccleſiaſticos, vulgo die Kirchen-Regiſter, perluſtrare, quodque ſpes alia quoque inſtituto meo inſeruitura monimenta inſpiciendi ſpes facta eſt. Neque minus huc refero, quod iſta vidiſſe permiſſum fuit, quæ Vir de hiſtoria Marchia meritiſſimus, BECMANNVS, de rebus Tangræmundenſibus congeſſerat, quæque operi prolixo, ſi per fata licuiſſet, inſerere conſtituerat. Hiſce ſubſidiis inſtructus, illorumque ſtudio adiutus, qui ex ſupellectile ſua, quæ ad rem meam faciebant, beneuole communicauerunt, meum qualemcumque adparatum haut parum auxi, Deo adſpirante atque offerente ſe occaſione, quæ tamen in ſcholis raro deeſſe ſolet, memorabilia Tangræmundenſia continuaturus, atque inceptum argumentum perſequuturus.

§. II.

Vt itaque ad propoſitum veniam, inprimis mentio iniicienda eſt ædium ſacrarum, quæ præter primariam iſtam D. STEPHANO ſacram olim in hac vrbe floruerunt, & quarum nunc rudera conſpiciuntur. Ex quibus primo loco nominare placet ædem, quam adhuc hodie NICOLAITANAM vocamus, cuius rudera exigua incolis quibusdam domicilium præbent. Campanes duas ædi huic ſupereſſe memini, quarum vſus nondum obſoleuit, quippe quibus ad conciones audiendas & deducenda funera conuocamur.

§. III.

Maiori in pretio olim fuit ædes in ſuburbio nouo, vulgo die Neu-Stadt dicto ſita, & GERTRVDI olim dedica-

dedicata, monaſterio PAVLINO proxima, quam plane concidiſſe dolemus, ex ruderibus coniicientes non minimi ſplendoris atque amplitudinis fuiſſe. Patrum memoria conciones ibidem habitæ ſunt quauis feria tertia & ſexta, inſtituente Senatu, & ad pietatem hanc inuitante THOMAE DVSTERI, Conſulis cuiusdam Tangræmundenſis legato, cuius memoria hodie adhuc conſeruatur, verbi diuini miniſtris non ſecus atque præceptoribus ſcholæ ſacra. Cuius liberalitatis dum memini, iuuat addere, quæ HELMERICVS (a) de legatis Tangræmundenſibus maxime conſpicuis canit:

Ich muß auch nicht laſſen im ſchreibn
Dem Leſer unvermeldet bleibn,
Was Caſpar Helmreich hat vermacht
Den Armen auf den Dingeſtag,
Und was auch hat des Düſters Gunſt
Gegeben zu der Schulen Kunſt:
Die ich Beyde, nebſt andern mehr,
Weil ſie betrachtet GOttes Ehr,
Und nunmehr ruhen in der Still,
In Ihren Gräbern rühmen will:

HELMERICI laudat pauperrima fœmina panes:
Stans ſchola DVSTERI nobile laudat opus.
CHVDENIVS transmiſit opes legando Corendæ,
Fecit & vxor opes DVSTERIANA Deo.

 Mens

(a) Annal. III. 7. §. 3.

Mens manet & BRVNNO per Quintum grata creatum:
Grataque KLESSINGO mens manet iſtæ ſcholæ,
Larga ſcholæ donat RITHNERI dextera lignum,
Ad cuius fueras, COPE Patronus opus:
Gens In sVggeſtV sIt FreVDeMannICa nota,
CVraVIt traDI naM pIetatIs opVs.

## §. IV.

Sed e diuerticulo in viam vt redeam, quædam ſubiungenda ſunt, quæ ad templum nominatum pertinent. Dux nimirum quidam Danorum, FVCHSIVS nomen eſt, primus auctor fuit ædificii huius deuaſtati. Naues enim efficiendo ponti poſtulans trabes atque laquearia huius ædificii abſcindi, vſibusque ſuis aptari iuſſit: tum tempeſtas minus commoda exorta maius adhuc damnum tectis intulit, nunc quidem non reſarciendum, quum principiis nemo obſtiterit. Superfuerunt quarumdam inſcriptionum in parietibus indicia ante paucos adhuc annos, & ab altera parte BECMANNVS hæc, licet mutila, verba obſeruauit: Anno = = hat Marggraf Friedrich = = Willen und Volbort = = das Prediger = = GOtt dem HErrn zu Ehren = = Hochgelobten Jungfrauen Marien der Mutter GOttes = = allen GOttes Heiligen = = Plaudon = = Pabſt Eugenius = = auch mit Privilegien und = = Indulgentien = = Calend: Decembr. = = Anno = = ſui octauo. A. 1544. IOACHIMVS,

2. Ab altera parte nomina nonnullorum Antiſtitum Tangræmundenſium, qui ad annum vsque MD florue-

floruerunt, conſpiciebantur. Audiamus denuo HELMERICVM, (b) cuius verba ita fluunt: *Annus vero, in quo reformatio cœnobii inſtituta eſt, in templo illius legitur, ad cuius parietem etiam Paſtores, qui de luce Euangelii populum docuerunt, ordine recenſentur, per hoſce deſcripti verſus:*

Aggreditur primus WEISGERBER dogmate Papam.
Ex templo Papam deinde SOLINVS agit.
Corde Dei voluit CORDVSIVS eſſe Miniſter:
Vt LIBIVS doctus, ſic quoque carus erat.
WILLICHIVS populo fuit inſeruire paratus,
Et fuit ASCENSA nomen ab ARCE gerens.
MElERO fuerant operoſi facta coloni!
Ad ſacra WEIDENIVS pabula duxit oues.
Ore GIGAS ſequitur: ſequitur vigilando parentem
Filius ASCENSA nomen ab arce tenens.

Ceterum, qui plura de FVCHSII turbis vrbem hancvrgentis legere voluerit, annoque ſuperioris ſæculi XXIV. veterem Marchiam inuadentis, adeat RITTNERVM, (c) qui idem adhuc alio loco (d) quædam profert ad hiſtoriam huius ædis pleniorem, digna, quæ hic repetantur: Alles war von den Käyſerlichen und Ligiſtiſchen überſchwemmet, und da man ſich dieſes Orts etwas Wiedriges, wegen des Mülhauſiſchen Edicti befahren, geſtalt ein Jeſuit, P. STRIZERIVS, einen Dominicaner-Mönch anhero abſchickte, welcher vom

 Rath

(b) l. c. p. 55.
(c) Im Al[illegible]-Märckiſchen Geſchicht-Buch p. 41.
(d) l. c. p. 50.

Rath das hieſige Cloſter in der Neu-Stadt zu ſeinem Willen begehrte, der doch auf Rath des Chur-Fürſtlichen Stadthalters ſchlecht abgewieſen ward. Incidit hæc STRIZERII poſtulatio in annum MDCXXIX.

§. V.

Supereſt quoque memoria ædis cuiusdam, vel ſi mauis, ſacelli IOANNI BAPTISTAE ET EVANGELISTAE dicati, inque arce ſiti, cuius conditor eſt CAROLVS IV. Imperator quamplurimis ciuitati huic conceſſis clementiæ ſignis illuſtriſſimus. RITTNERVS (e) refert, gemmis atque margaritis, nimirum iis, quarum Bohemia ferax eſt, amethyſtis ſcilicet, topaſiis aliisque huius generis ab eodem diſtinctum fuiſſe. Rudera ſacrarii huius, & ſpatia, quibus pretioſi hi lapides fuerunt poſiti, hodienum conſpiciuntur. HELMERICVS (f) de hac æde ita diſſerit: *Templum inſuper cathedrale ſub caſtro Tangermundenſe, cuius S. Ioannes Euangeliſta Patronus eſt, ab ipſo VI. Cal. Ianuar. anno 1376. fundatum aſſeritur. Nomina vltimi in eo Præpoſiti, Decani, & reliquorum Canonicorum in curia reperi, quæ lectori communicare mihi viſum fuit.*

*Ioannes Ronicken, Præp.*
*Henricus Sunnendorff, Senior.*
*Paulus Schererer,*
*Arnoldus Berckholten,*
*Ludolphus Rower,*
*Caſparus Schwan,*

*Otto*

(e) l. c. p. 16. (f) Annal. L. II. c. X. §. 1. p. 44.

*Otto Tedeler,*
*Engelbertus Greuſnitz,*
*Ioannes Leiphard,*
*Chriſtian Stolting,*
*Henricus Hoppeſack.*

Succurrit hac occaſione non prætermittendus M. PAVLVS BREDICKOW, Ruppinenſis ſcholæ Rector vocatus, poſtea iuris vtriusque Licentiatus, & in Alma Viadrina Profeſſor, nec non Eccleſiæ Tangræmundenſis Canonicus, cuius BECMANNVS meminit, eumdemque Anno MDXIV. Rectorem Magnificum, biennioque poſt denatum refert. Ceterum ſupereſt adhuc locus, quem nos quoque den Prälaten-Berg vocamus, qui regularibus ſiue Canonicis ædiculæ huic præfectis quondam domicilium præbuit, qui locus, quum ædi D. STEPHANO ſacræ tantum non proximus ſit, dubium non eſt, ibidem ſacra adminiſtrauiſſe. Plurimos autem reditus ædis IOANNEAE A IOACHIMO II. Electore Berolinum translatos, & quibusdam ſtipendium Antiſtitum noſtrorum auctum fuiſſe conſtat. Iuuabit ceterum in antiquitatis gratiam nomina quorumdam, quibus cura ſacrarii dicti fuit demandata, addere, atque ſubſequens Diploma inſerere:

*Nos Zabellus Præpoſitus, Bartholomæus Bohemus, Reynerus Walhon, Henninghus Duderſtadt, Conradus de Lare, Ghiſelerus Adolphi, Engelbertus Belkow, Martinus Corui, Vitus Bohemus, Paulus de Gretz & Petrus Manda Canonici Collegii Noue Capelle ſactorum Iohannis Baptiſte & Iohannis Apoſtoli & Euangeliſte in caſtro Tangermundi Halberſt. Dyoc.* capitulariter congre-

congregati, capitulantes & capitulum facientes. Ad perpetuam rei memoriam uniuerſarum geſta rerum tractantium hominum conditiones perſonarum futili imo leuiſſimo labantur tempore niſi cuſtode memorie literali videlicet exarationi commendentur. Hinc eſt quod *nos Zabellus Prepoſitus & Capitulum* prediti facta fundatione noſtri *Collegii & Capituli per ſereniſſimum Principem & dominum noſtrum dominum Karolum quartum Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum & Bohemie Regem inuictiſſimum diue memorie* commodo paci & quieti cuilibet noſtrum & ſucceſſorum noſtrorum cautius prouidentes *Arcam dotis veteris Eccleſie Tangermandenſis* diuiſionis funiculo inter nos duximus diſtribuendum & partiti ſumus, prout etiam alias de mandato dicti *Dni. Karoli Imperatoris & fundatoris noſtri per ſpectabiles viros & Dnos. Iohannem de Kothebutz Capitaneum totius Marchie & Ieskonem de Kotrys ſereniſſimi principis & Dni. noſtri Dni. Sigismundi Marchionis Brandenburgen. Curie Magiſtrum* de ſcientia & pleno conſenſu *venerabilis in Chriſto patris & Dni. Dni. Alberti Halber. Epiſcopi*, præſente etiam Venerabili in Chriſto patre & Domino *Dno. Petro Lubucenſi Epiſcopo ac dicti Dni. Sigismundi Marchionis Brand. Summo Cancellario* diuiſa, diſtributa & peracta eſt in hunc modum. Primo videlicet Dnus. Prepoſitus & ſucceſſores ipſius in perpetuum debent habere partem domus dotis & aream incipiens a domibus Dominorum Canonicorum *Conradi de Lare* & alia domo, quam propter ſtructuram ipſius domus nos *Zabellus Prepoſitus* predictus ad tempus vite noſtre duntaxat nobis reſeruauimus; nobis vero de medio ſublato dicta domus transeat ad vſus Canonicorum ex toto. Verſus cimiterium edificatis procedendo verſus albeam a porta cimiterii intrando in viam de cimiterio ad ſiniſtram manum, ita tamen quod ſufficiens via relinquatur verſus antiquam Domum prope cloacam in qua ex nunc quidam Canonici noſtri & Capellani eccleſie reſident. Et iterum a fine dictarum domorum duarum videlicet *Conradi de Lare* & alterius domus predicte prope muros cimiterii verſus muros ciuitatis ita videlicet quod pars Dni. prepoſiti incipiatur a primo puncto Cellarii domus prepoſiti, & finiatur prope muros Ciuitatis excepta via ibidem

ibidem relinquenda & cum hoc habebit mediam partem Ortuli verſus domum antiquam prope cloacam & verſus Albeam ortulum linealiter cum Canonicis diuidendo prout iam diſtinctum & diuiſum eſt, & inferius continetut & hoc ſola parte dotis ſeu aree Dnus. Prepoſirus pro tempore exiſtens ſit contentus, nec Canonicos ſuper alia parte dotis ſeu aree ſtructe & non ſtructe cum ſuis attinentiis & pertinentiis quibuscunque impediat directe vel indirecte, publice vel occulte. Sed domus antiqua & area prope cloacam cum parte Ortuli funiculi aliter & linealiter diuidendo & procedendo vsque ad domum Dni. Regneri Wulkow etiam cum loco ſtabuli & ſtabuloſi quis Canonicorum ibidem edificare voluerit & totam partem dexteram ipſius dotis ſeu Aree portam Cimiterii intrando incipiendo a puncto Cellarii predicti edificatam & non edificatam vsque ad viam ciuitatis que vulgariter Roßvort appellatur pro Canonicis ſecundum ordinationem Capituli, prout idem Dnus. Imperator per dictos Dominos *Iohannem de Kothebutz & Ieskonem* diſtribui & diuidi mandauit relictum ac etiam vſibus Canonicorum pro tempore exiſtentium appropriatum & aſſignatum eſt, & nos capitulariter aſſignauimus & preſentibus pro nobis & ſucceſſoribus noſtris aſſignamus perpetuis temporibus a Canonicis omnibus impedimentis ceſſantibus poſſidendam, tenendam & pacifice obtinendam. Que omnia & ſingula ſupra dicta grata atque firma tenere volumus & per ſucceſſores noſtros tenenda ſtatuimus. In quorum omnium & ſingulorum teſtimonium ſigillum noſtri *Zabelli Prepoſiti in Tanghermunde* predicti vna cum ſigillo Capituli noſtri de noſtro & omnium noſtrorum pleno conſenſu & ſcientia preſentibus eſt appenſum. Datum Tanghermunde tertio die menſis May Anno Dni. clↄ cccLxxx. nono.

## §. VI.

Neque abs re erit adiungere huic Diplomati Confirmationem quam vocant, Marchionis Iodoci, hisce verbis conceptam:

I*Odocus DEI gracia Marchio & Dominus Moravie.* Notum facimus tenore preſentium vniuerſis & ſingulis, etſi ſubiectorum nobis deuotorum proſperitates & comoda benigno fauore reſpicimus, &

 ex

ex proſperitatis incremento noſtrorum deuotorum ex innata nobis clementia plurimum delectamur, ad illos nihilominus ſingularis affectus & gracie prerogatiuam noſtra gerit Magnificentia, qui pre ceteris noſtris deuotis ſe in deuocionis conſtantia & indefeſſe deuocionis officio erga Creatorem omnium reddiderunt hactenus & reddunt continuo promtiores, ſane accedentes noſtram Magnificentiam honorabiles & deuoti noſtri dilecti *Prepoſitus & Capitulum Capelle ſancti Iohannis Baptiſte in Caſtro noſtro Tangermunde conſtitute* nobis cum humili precum inſtantia ſupplicarunt, quatenus ipſis vniuerſa & ſingula ipſorum Iura, libertates, gracias, literas Priuilegia ſuper eorum bonis, Rebus & Poſſeſſionibus conceſſas nec non vſus, obſeruantias, & laudabiles conſuetudines hactenus laudabiliter introductas ac etiam huc vsque obſeruatas de pia benignitate approbare, ratificare innouare & confirmare gratioſius dignaremur. Nos igitur inſpectis benigne orationibus & indefeſſis obſequiis dictorum prepoſiti & Capituli nobis exhibitis & in antea feruencius exhibendis ipſorum iuſtis precibus pie moti, non per errorem aut improuide, ſed animo de liberato ac de certa noſtra ſcientia dictis Prepoſito & Capitulo omnia & ſingula ipſorum iura, libertates, gracias, literas, priuilegia, nec non vſus, obſeruantias & laudabiles conſuetudines prout rite & rationabiliter proceſſerunt, ac ſi per omnia in ſuis priuatis clauſulis, ſignis, & articulis in preſentibus de verbo ad verbum inſerti conſiſterent, approbauimus, ratificauimus, innouauimus, & confirmauimus, approbamus, ratificamus, innouamus, & preſentis ſcripti Patrocinio benignius confirmamus, decernentes eadem obtinere inuiolabilis roboris firmitatem preſentium ſub noſtro appenſo ſigillo teſtimonio literarum. Datum Tangermund Feria ſecunda die Exaltationis ſancte crucis Anno Dni. Milleſimo Trecenteſimo octogeſimo octauo.

## §. VII.

In eodem ſuburbio, quo ædes IOANNI ſacra, fuit quoque templnm DIONYSII, *virgini* ELISABETHAE *poſt ibi dicatum, opus* IOANNIS I. *Electoris, a* FRIDERICO *poſtea Marchione Tangermundenſe renouatum, conciones in illo præter funebres habentur nullæ. Cœmeterium in duas diuiditur*

*ditur partes, quarum altera ad ortum ſolis iacens defunctorum circumhabitantium cadauera excipit; altera ad occaſum maleficis ad gladium condemnatis Sepulturas per carnificem concedit. Ad cœmeterium ſemita eſt (male vulgus* den dullen Stieg *appellat) a telonibus vectigal exigentibus deſcendens. Hi enim non procul ab AEbi in teloniis ſedentes naues obſeruabant diligentius, ne ſibi licentiam prætêrnauigandi ſumerent, ſed eos prius adeuntes debitum a mercibus ſoluerent tributum.* Hæc ſunt verba HELMERICI (g) quibus modo id addo, hodie conciones funebres in æde STEPHANIANA, quæ primaria nobis atque vnica ædes ſacra eſt, haberi. Templum vero ELISEBATHANVM ſali Regio dicatum eſt, quod ibi conſeruatur, atque inde exportatur, vulgo das Königliche Saltz-Haus appellamus.

## §. VIII.

De primaria æde a D. STEPHANO nominata id tantum addam, quod illa Anno MCLXXXVIII. eodem, quo templum cathedrale Stendalienſe ab Henrico Comite Gardelegienſi exſtructa dicatur. Choro, qui ſcholæ huius alumnis quondam locum dedit concioni ſacræ interfuturis, inſcripta leguntur hæc verba: *Anno* MCCCCLXX. *feria quinta ante Palmarum ad honores Dei inceptus eſt Chorus iſte - - - Bartholomæus Schulte - - - ſtupam perpetuam, cuius pretium - - -* Inſcriptiones ſepulcrales inprimis notandas, quæ in hac æde ſacra leguntur, alio tempore communicaturus iſtud modo addo, quod ſacro ſuggeſtui hæc verba inciſa ſint: Anno 1619. den 3. April. des andern Jahres nach dem groſſen Brande, haben Jacobus, Daniel,



(g) l. c. L. III. c. I. §. 4. p. 51.

Benedictus und Hans, Gebrüdere der Freudemänner, GOTT zu Ehren, und dieſer Kirchen zur Zier, dieſe Cantzel erbauet. Baptiſterio autem non minus eleganti poſt icones ſacras quam plurimas hæc addidit Henricus Mente, cuius ope exſtructum iſtud eſt lingua inferiori Saxoniæ propria: *XV.* und *VIII. Jar bi Hinric Mente maecte mi, de mi begript of de mine de gha thous, en ſie opte ſine, vint ſe dar neen gebrec, ſo come tu mi en ſegge wat mi let*, quibus quidem egregie artifex hic illorum morem taxat, qui theonino dente omnia arrodunt.

§. IX.

Peroportune quoque incidi in quosdam, quos vocant, Viſitationum Receſſus a Venerando EBELINGIO noſtro quam humaniſſime ſuppeditatos, ex quibus iſta huc facere videntur. Anno MDLI. viſitatione hic habita inter alia miniſtris verbi diuini Tangræmundæ docentibus præceptum eſt: Sie ſollen keine Berte noch kurtze Kleider tragen, quibus verbis Lybius, vel quisquis ille fuerit, adleuit: *Decauus erat imberbis, ergo omnibus conueniens eſſe, non eſſe maioris auctoritatis autumabant.* Anno autem MDLXXIX. Electore IO. GEORGIO Andreas Muſculus, Generalis Marchiæ Superintendens, Bartholomæus Rudemannus, I. V. D. Prof. Francofurtanus, Ioachimus Steinbrecher, Senior, & M. Ioachimus Steinbrecher, Iunior generalem, quam vocant, viſitationem inſtituerunt, atque IOACHIMO ASSEBVRGIO munus Inſpectoris diœceſeos quoque demandarunt, ita vero verba ipſorum ſe habent: Damit auch hochgedachten Unſers gnädigſten Herrn

Herrn publicirten Kirchen-und Viſitation-Ordnung von den benachbarten Pfarrern, ſo allhie viſitiret worden, endlich möge nachgekommen, auch ſonſt wiederwärtige Lehren und Secten nicht einſchleichen mögen, Thun die Viſitatores den Pfarrer allhie zum Inſpectore verordnen, und Ihme auflegen, daß Er Inhalts der Viſitation-Ordnung, nicht allein auf ſeine Kirchen-Diener, ſondern auch auf die benachbarte Pfarrer der Dörffer, ſo allhier viſitiret worden, fleißig ſehe, nnd das Ungebührliche abwenden und verhüten helffe, auch keinem um Gifft oder Gaben willen dißfals nachhängen oder verſchonen ſolle. (h) Hoc ipſo quoque tempore lege quadam cauerunt Præceptoribus qui tunc ſcholam gubernabant, obſeruanda: Die Præceptores ſollen auch ihren Diſcipuln mit unärgerlichen Exempeln der Kleidnng fürgehen, und keine kurtze zerhackte oder verbremte Kleider noch Plunder-Hoſen, ſondern lange ehrbare Röcke, faſt den Theologen gleich, tragen. (i)

§. X.

Quæ hactenus communicaui, acceſſiones ad memorabilia noſtra Tangræmundenſia ſpectant maxime veterem hiſtoriam. Ex recentiore quoque aliquid addendum eſt, atque iſtud quidem, quod ſub initium recentiſſimi huius ſeculi præ reliquis veteris Marchiæ ciuitatibus huic noſtræ



(h) Vid Receſſum dicto anno conſignatum p. 23.

(i) l. c. p. 32.

noſtræ contigit. Quum enim anno huius ſeculi primo menſe Auguſto Auguſtiſſimus Boruſſorum Rex FRIDERICVS I. glorioſæ memoriæ Princeps primum Regia Maieſtate ornatus veterem Marchiam ingrederetur, ſubiectiſſimam animi pietatem deuotiſſimumque cultum nemo non, pro eo, atque fas erat, ſignificauit. Ordo equeſtris huius prouinciæ Sereniſſimum Patriæ Patrem, quum ad Albim fluuium appropinquaret, interprete Illuſtriſſimo huius Prouinciæ Præſide Domino de KNESEBECK, votiuis gratulationibus, poſt vero vrbes veteris Marchiæ cauſſam perorante NOESLERO, Stendalienſium reipublicæ Conſule, & Tangræmundani imprimis ciues atque incolæ ad ciuitatis noſtræ portam, quæ ab albi nomen accepit, oratore KLESSENIO, tum Senatus oppidani Directore, nunc Regio in ſupremo Veteris Marchiæ Tribunali Conſiliario humillime exceperunt. Ceterum plateæ inde a dicta porta usque ad arcem regiam viridi abiete ab vtroque latere ornatæ, ciuesque elegantiſſimo ordine diſpoſiti conſpiciebantur, qui pro ſalute Regis aduentantis vota ſuſcipiebant eumdemque acclamantibus duodecim pueris totidemque puellis paſtorum more veſtitis, floresque ſpargentibus ſaluere iubebant. Accedebat ſtatua inſignis, in honorem Optimi Principis exſtructa, cuius parte altera vrbs Tangræmunda, eidemque corona regia ſuperimpoſita erat ſole oriente radios lucidiſſimos ſpargente adiecto lemmate: *Affulſit numquam mihi gloria maior* ab altera autem ceruus citato gradu incedens oculis exponebatur, addita epigraphe: *Aduentum Regis anhelat*. Vtrumque ſtatuæ huius latus duæ pyramides totidem coronis regiis, totidemque aquilis conſpicuæ cingebant.

§. XI.

Hæc in præſenti ſufficiant, quum Programmatis ratio haben-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-459541-p0052-6

habenda ſit, atque ad id accedere oporteat, cuius cauſſa hoc ſcribendi conſilium ſuſcepi. Nimirum animus eſt, diuinum beneficium grata mente die craſtino recordari, quod nobis miniſterio D. LVTHERI contigit. Quare quibusdam diſciplinæ noſtræ alumnis id negotii dedimus, vt iſtam Dei O. M. clementiam nunquam ſatis prædicandam pie recolerent. Ita vero operam hanc diſtribuimus, vt horis ante meridiem IX. & ſeqq.

*Io. Ioachimus Stezelius, Tangræmundenſis,*
beneuolentiam auditorum ſibi ſuisque commilitonibus conciliare ſtudeat. Tum

*Gebhard. Io. Guil. Kahrſtedt, Tangræmund.*
mirandum iſtud Electoris IO. FRIDERICI SAXONIAE ELECTORIS ſomnium commemorabit. Quo facto

*Io. Petrus Bubel, Berrolin. Mæſo-March.*
de vaticiniis ſuſceptam reformationem antecedentibus commentabitur. Tum

*Nicolaus Norbertus Pitzer, Tangræmund.*
de neceſſitate reformationis differet, idemque argumentum

*Chriſtoph. Alexander Bitter, Halberſtad.*
perſequetur. Excipiet hunc

*Chr. Leberecht Wilcken, Caluörda-Brunſu.*
de nundinatore illo famoſiſſimo Tezelio dicturus.

*Ioann. Frideric. Matthæi, Landsbergenſis,*
cis Vartam Luthero nomen Reformatoris vendicabit.

*Iulius vero Ludouic. Woldicke de Arneburg,*
generoſum Lutheri animum prædicabit.

Horis

Horis pomeridianis ab II. ſequentibus

*Io. Beniaminus Temper, Magdeburgenſis, Matthias Schwartzloſs, Tangræmundenſis, Herboldus Chriſt. Fuſſelius, Tangræmund. Elias Daniel Duncker, Cobbelenſis Magdeb.*

dialogum de reliquiis Lutheri inſtituent. Deinde

*Ioann. Chriſtoph. Rothe, Tangræmundenſis,*

de eo, quod in ſacrorum emendatioue diuinum eſt, exponet.

*Petr. Zach. Schwechten, Bergenſis Pal. M.*

elegantiſſimam Lutheri Bibliorum verſionem extollet.

*Samuel Conradus Kuſter, Halenſis Magdeb.*

de fructu reformationis, qui in ſcholas redundat, diſſeret.

*Georgius Beniamin Reichmann, Spandov.*

oratione in laudes Lutheri habita finem actui oratorio imponet.

Singulas haſce orationes patrio ſermone nunc quidem haberi iuſſimus moniti DANHAVERI, acutiſſimi Theologi memores, optantis vt ſolemnitates ſcholaſticæ vernacula etiam lingua inſtituantur, quo imperitiores quoque addere calculum poſſint. (k) Ceterum a PATRONIS, FAVTORIBVS atque AMICIS ſcholæ noſtræ, etiam atque etiam peto, vt frequentes adeſſe, conatibusque noſtris fauere velint, quos tamen, non, quaſi de ipſorum beneuolentia atque fauore dubitem, ſed quia mos eſt ita rogandi, Rogo. P. P. a. d. Nouembr. MDCCXXII.

(k) Theol. conſcientiar. P. I. Sect. II. art. I. p. 73.

*Q. D. B. V.*

# DE PAGO CAROLI (vulgo CALBAW) TANGRAEMVNDAE PROXIMO

*Nonnulla præmittit, & argumenta ſcholaſticarum*

Quarumdam declamationum recenſet

*GEORG. GOTHOFR. KVSTER,*

LYCEI TANGRAEMVND. RECTOR.

---

*BRANDEBURGI,*

Typis CHRISTIANI HALLE, Reg. Pruſſ. Typogr. priv.

Anno MDCCXXIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-459541-p0055-3

I. Occaſio. II. Nomen huius pagi. III. Priuilegium LVDOVICI ROMVLI. IV. Nouum aliquod Marchionum Brandeburgicorum. V. OTTONIS. VI. Præſens huius pagi ſtatus. VII. Inſtituti ratio. VIII. Concluſio.

§. I.

ANimus eſt declamationes ſcholaſticas hactenus me moderatore a diſciplinæ noſtræ alumnis habitas exemplo variarum ſcholarum recenſere, atque argumenta exercitationum harum ſignificare. Quo ipſo quemadmodum diligentiam noſtrorum incendere atque acuere propoſui: ita præfari quædam pro more ſcholis conſueto lubuit. Scilicet *de vſu declamationum harum in ſcholis vſitatarum* commentari principio ſtabat ſententia: verum enim vero, quum data fides liberanda ſit, ante omnia memorabilia noſtra Tangræmundenſia nuper incepta continuanda cenſui, hoc itaque loco *de Pago CAROLI Tangræmundæ noſtræ proximo* quædam cum lectoribus communicaturus.

§. II.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-459541-p0056-8

§. II.

Ad dictum itaque pagum quod attinet, iam nuper (*) monuimus eumdem vocari a CAROLO IV. Romanorum Imperatore, atque Calbau, quaſi Caroli Gebäu dici, qui, quod accepi ex traditione quadam orali, (quam tamen non omni exceptione maiorem dixerim) eodem hoc loco, quo pagus eſt ædificatus, vitæ periculo, cui proximus eſſe videbatur, liberatus eſt. Incolæ pagi dicti, qui tempore Marchionum Boioariorum, Bohemorum, & forte Anhaltinorum vixerunt, procul dubio fuere Venedi, quorum in Marchia inſignem numerum fuiſſe conſtat. Ipſe enim Henricus Auceps plures Venedorum populos ſuæ ditionis reddidit, & Brandeburgicis Marchionibus commiſit, quippe qui Marchiam caput vniuerſæ ditionis Venedorum eſſe voluit. Adde, quod Deaſtros Venedorum in Marchia olim adoratos neminem niſi hiſtoriarum minus peritum præterire poſſit. Adeoque excurrere in hunc campum nunc nec opus eſt, nec vacat. Iſti igitur incolæ, quos diximus Venedorum nomine inſigniti beneficiis quibusdam a dicto CAROLO, atque ante illum a LVDOVICO ROMVLO, eiusdemque fratre OTTONE donati ſunt, quæ cum lectore beneuolo communicabo.

 §. III.

(*) Conf. ſi placet, quæ ſupra in Memorabilibus adduximus p. 78. item Programma noſtrum de Caſp. Helmerici Annalibus, vbi p. 8. deriuationem hanc ab ipſo adlatam Calbau, quaſi Caroli Gebäu protulimus, de qua nunc non multum diſputamus, quamuis Kalebu, quemadmodum in Diplomate LVDOVICI vocatur, non niſi parum a nomine altero diſcrepet. Interim facile concedimus, pagum hunc nomen a CAROLO, qui plura in eius incolas beneficia exſtare voluit, atque liberalitatem deceſſorum ſuorum auxit, dici potuiſſe.

§. III.

LVDOVICI ROMVLI Priuilegium ſic ſe habet: Wi Ludewig di Römer bekennen apenbar, dat wi unſern Wenden di tzu Calbu vor der Stad tzu Tangermunde wonen, gheligheen hebben und lyen mit diſſem Briue den di un ſint unde ankommende ſint den Weter di bi Calbu lyt, in der Elve, ſo dat ſi den ſchullen hebben ghenůſten unde nůtten tu eren Růſſen unde tu erer anderer Notdurfft ewicklichen, ane alle Hinderniſſe. Ock hebbe wi En di Gnade ghedan unde dun mit diſſem Briue, were it ent, dat wi eyne ghemeyne bede ader eyne Urbede beden in unſern Lante in der Alten-Marcke, det ſi dartu nicht gheuen noch dun ſchullen, noch unß, noch unſern Vagheden. Wanne ſi ſchullen der bede ledig und loß ſin ewickliken ane alle Wederſpracke unſer, unde unſer Ambachtlůde. Mit Urkunde dieſes Briues, di verſeghelt iß mit unſern Ingheſighele, darby ſyn geweſen di Erwůrdighe Vader in Gade Herr Hinrick, Biſchoff tu Lubuz, unde di veſte Lůde Peter van Bredow und Predezo van Radel, Wernher van der Schulenburch, Claws Bismarck und ander Erbar Lůde ghenug. Ghegheuen tu Tangermůnde, nach Gots Gebort dreyzehnhundert Jar, in dem = = = Jar an dem Midwecke nach Sante Viti Daghe des heiligen Merterers. Quod ipſum Priuilegium dicti Principis OTTO, LVDOVICI frater die SS. Petri & Pauli Apoſtolorum Anno MCCCLXVII. CAROLVS IV. decennio poſt die S. Ioannis, IVSTVS denique Marchio, quem vulgo Joſt vocant, Anno MCCCCIII. die omnium Sanctorum auctoritate ſua muniuerunt, confirmaruntque.

§. IV.

Iidem Marchiones nouo beneficio ornauerunt incolas pagi, quem a ſe nominari CAROLVS voluit, ſumma immu-

immunitatis huius totidem verbis huc ſpectantibus ita ſe habet: Daß wir Unſern lieben getrewen den gemeinen Wenden in dem Dorfe zu Kalebu di nu ſint und allen di zu kommende ſint belegen haben und lien mit Kraft dis Brives achtehalben Schilling Brandenburg-Pfenninghe jährlicher Rente von der Vere daſelbſt uf der Elbe di En Herr Arnd von Lůderitz, und alle di nach em den Zoll ufbören, und auch alle Betenmeiſter daſelbſt alle Jare auf St. Stephans-Tag in Weynachten geben und entrichten ſollen, und antzu ſollen En alle unſere Boyte zu Tangermůnde di zu den Ziten ſint, von unſern wegen behůlfen ſyn, daß En dieſelbe Rente ewicklichen alſo gefalle, auch ben wir denſelben unſern Wenden acht Schillinge Järliches Zinſes von dem Wert, das aber der eigenannten unſer Stat zu Tangermůnde uf der Tanger iſt gelegen, mit allen Rechten, Eren, Nutzen und Zubehörungen, alß Si yn van Altders van unſern Vorvaren und unſern lieben Brůdern ſeeliger Gedechtnůſſe etzwenne den Marggrauen zu Brandenburg zu Lehne gehabt haben fůrbaz von Unß zu einem rechten Lehn zu haben, zu gebrauchen und an allerley Hindernůſſe zu beſitzen.

§. V.

Tertium quoque addimus beneficii documentum, cuius auctor OTTO eſt, Anno MCCCLXXIII. die Veneris Dominicam Iudica præcedente exaratum: Alß auch zwiſchen E. Rath und Bůrgerſchafft zu Tangermůnde, und Jhnen den Gebuwren von dem Wenddorff zu Calbu Strittigkeit geweſen, wegen zweier Werder in der Elbe, ſo iſt die Sache durch Petrum Biſchof zu Lebuß, und Johannſen Herrn zu Kotheba, damahls Hauptmann der Marck dahin entſchieden, daß die Ratmanne und Bůrger der opgenannten Stat zu Tangermůnde ſollen behalten

 den

den verderſten Werder ewicklichen mit allen Nutze und die vorgenante Schulteis und Gebuwre von Calbu ſollen behalden den oberſten Kuwerder, ewicklichen mit allen Nutze, auch iſt da Weide und Acker, die da gehort hat zu dem deutſchen Dorfe zu Calbu, die ſoll den eyen. Ratmannen und Bürgern, Schulteis und Gebuwren von den Wendiſchen Calbu frey und gemeine ſeyn und bleiben zu yren Vye mit einander, und mogen und ſullen die vorgenante von der Wendiſchen Kalbu treiben mit yren Vye als ſy van Alders haben getan.

§. VI.

Atque hæc ſunt beneficia pagi huius incolis a Principibus largiſſime donata, quorum memoriam ſingulis annis ſtato quodam die, qui vulgo der Ding-Tag vocatur, repeti monitum eſt loco iam ſupra adducto. De præſenti ſtatu hæc commemorare iuuat. Decem eius ſunt incolæ, nec plures nec pauciores, qui ex re pecuaria ſua habent emolumenta, vitamque alunt, præfecturæ Tangræmundenſi ſubiecti quidem, at immunes atque oneribus, quæ in adductis Principum Priuilegiis Bete vocantur, exemti, ſi ab iis diſceſſeris, quæ vulgus patria noſtra lingua Hof-Dienſte vocat. Ceterum iſtud illis incumbit propriumque iſtis eſt, vt, ſi qui capitis ſupplicium promeriti in arce regia tenentur, eorum agant cuſtodiam. Sacris vero oppidanis vtuntur.

§. VII.

Sed ad propoſitum redeo, cuius cauſſa ſcribendi hoc cepi conſilium, argumenta exercitationum quarumdam oratoriarum ſignificaturus. Non quidem omnes iſtas exercitationes repetere placet, quas ad ductum præceptorum rhetoricorum varia oratione, varioque idiomate inſtitu-

inſtituimus atque elaborauimus, ſed iſtas tantum, quæ publice in conſpectu commilitonum e memoria ſunt recitatæ, atque ſub cenſuram vocatæ. Quod quidem inſtitutum quum fructu ſuo non caruerit hactenus, in poſterum quoque continuare, & ſi DEVS vitam dederit, ſpecimina oratoria ſcholæ noſtræ alumnorum ſingulis annis recenſere iuuabit. Themata igitur & argumenta ſequentium oratorum fuerunt ſequentia:

**Johann Jacob Plån**, *Tangræmundenſis*,
Artem quæuis terra alit.

**Joh. George Nebel**, *Wilſchberga, Francus*,
Carmen gratulatorium principi Electorali Saxoniæ a Menckenio oblatum, quod Nouis litterariis Krauſii inſertum legitur Anno MDCCXVII. p. 245.

**Johann Friederich Butten**, *Berolinenſis*,
Tempora labuntur tacitisque ſeneſcimus annis.

**Ernſt Emanuel Guttorph**, *Wernigerodenſ.*

**Johann Gottfried Ludewig Ebeling**, *Neo-Soltquellenſis Palæo-March.*
De incommodis ſenectutis.

**Johann Friedrich Reuſcher**, *Tangræmund.*
Gratiarum actio Auguſtiſſimo Cæſari Romano oblata a nobilibus Megapolitani Ducatus de iuribus ſuis atque priuilegiis clementiſſime redditis.

**Johann Jacob Plån**, *Tangræmundenſis*,

**Ernſt Emanuel Guttorph**, *Wernigerodenſ.*

Joh.

**Joh. Gottfr. Ludewig Ebeling,** *Neo-Soltquel.*
De laudibus Tangræmundæ.

**Joachim Lüdeke,** *Oſcanienſis Halberſtad.*
De laudibus vitæ ruſticæ.

**Joh. Gottfr. Ludewig Ebeling,** *Neo-Soltquel.*
De ſomnolentia litterarum ſtudioſis vitanda.

**Joh. Gottfr. Ludewig Ebeling,** *Neo-Soltquel.*
Heroum filii noxæ.

**Samuel Conrad Küſter,** *Halenſis Magdeb.*
De dicto Thaletis. Trium maxime rerum cauſſa gratias ſe fortunæ agere, primum quod homo non bellua: deinde quod vir non mulier: tertio quod Græcus natus eſſet, non barbarus.

**Georg Benjamin Reichmann,** *Spandouienſ.*
Indictum Seb. Schmidii: Theologus ab ipſis cunis a ſeculo ſegregandns eſt.

**Joh. Gottfr. Ludewig Ebeling,** *Neo-Soltquel.*
Oratio introductioni ſolemni noui Conſulis præmiſſa.

**Samuel Conrad Küſter,** *Halenſis Magdeb.*
De Cognitione ſui ipſius.

**Carl Chriſtian Bahrs,** *Tangræmundenſis,*
Difficile eſt arcana reficere, otium recte diſpenſare, & iniurias perferre.

**Joh. Gottfr. Ludewig Ebeling,** *Neo-Soltquel.*
Apoſtrophe ad pias mulierculas ſepulcrum Chriſti viſitantes.

Peter

Peter Zacharias Schwechten, *Bergenſis*,
Optimum eſt, quod in præſentia occurrit, bene agere.
Nicolaus Norbertus Pitzer, *Tangræmund.*
Viaticum tibi ab adoleſcentia ad ſenectutem ſapientiam compara, ea quippe ſola eſt vera poſſeſſio.
Chriſtian Lebrecht Wilcken, *Caluærd. Brunſu.*
Allocutio Danorum Lipſiæ litteris operam nauantium ad Principem Regni hereditarium Lipſiam ſalutantem,
Joh. Benedict Chriſt. Poſſelt, *Bähna Magd.*
Gratiarum actiometrica ſine rhythmis ad amicum, qui nos ad feſtum gamicum inuitauit.
Joh. Gottfr. Ludewig Ebeling, *Neo-Soltquel.*
Laus vitæ ruralis oratione ligata.
Joh. George Opel, *Cælbecca-Cöthenenſis*,
In dictum Caroli V. Cæſaris: Pete digniora Cæſare.
Carl Chriſtian Bahrs, *Tangræmundenſis*,
Specimen dilatationis oratoriæ exemplo orationis Pauli de Fuchs in ſolemni Fridericianæ inauguratione habitæ; quæ legitur in den Reden der Miniſtres P. II. p. 623.
Chriſtian Lebrecht Wilcken, *Caluærdenſ.*
In dictum Caſpari Finckii:

Wer all ſein Leyd will rächen,
Manu cum bellatoria,
Simſons Muth wird ihm gebrechen,
Nec erit victoria,

Leyd, ſchweig, und deinen Muth thu brechen,
Et vinces cum gloria.

**Joh. Gottfr. Ludewig Ebeling,** *Neo-Soltquel.*
Mich. Richey Carmen in aduentum Caroli XII. Suecorum Regis.

**Nicolaus Norbertus Pitzer,** *Tangræmund.*
Fortes fortuna adiuuat.

**Samuel Conrad Küſter,** *Halenſis Magdeb.*
Scrutamini ſcripturas.

**Peter Zacharias Schwechten,** *Berga Pal. M.*
Quid tam circumciſum, tam breue, quam vita hominis longiſſima.

**Christian Lebrecht Wilcken,** *Caluærdenſ.*

**Johann Friederich Matthäus,** *Berolinenſis,*
De laniena Pariſienſi.

**Georg Benjamin Reichmann,** *Spandouienſ.*
Ethopœia Iudæ de proditione ſua dolentis quidem ſed tamen deſperantis.

Idem,
De ſolatio in cruce.

**Joh. George Opel,** *Cœlbecca-Cöthenenſis,*
Dic cur hic.

**Joh. Gottfr. Ludewig Ebeling,** *Neo-Soltquel.*
De eadem materia.

**Samuel Conrad Küſter,** *Halenſis Magdeb.*
Carmen Beniamini Schmolckii, in Paſſionem Dominicam.

Peter

Peter Zacharias Schwechten, *Berga Pal.M.*
Nefas eſt alios theonino dente arrodere, & vitia ſua negligere.

Chriſtian Lebrecht Wilcken, *Caluærdenſ.*
Oratio acceſſoria cuiusdam ſtudiorum gubernatoris nobili cuidam præficiendi.

Johann Friederich Matthäus, *Berolinenſis,*
Oratio gratulatoria Profeſſori cuidam faſces Academiæ ſuſcipienti dicta.

Nicolaus Norbertus Pitzer, *Tangræmund.*

Johann Peter Bubel, *Berolinenſis,*

Joh. Gottfr. Ludewig Ebeling, *Soltquellenſ.*

Samuel Conrad Küſter, *Halenſis,*
De prærogatiua ſcholarum publicarum præ priuatis.

Georg Benjamin Reichmann, *Spandouienſ.*
Per modum occupationis ad Marc. VII, 37. commentatus eſt: Πάντα καλῶς ἐποίησεν.

Julius Ludwig Wöldicke von Arneburg, *Eques Palæo-March.*
Oratio gratulatoria Principi dicta de natali fauſto ſidere recurrente.

Johann Chriſtoph Rothe, *Tangræmund.*
Ethopœia Mauritii Imperatoris a Phoca miſere necati.

Peter Zacharias Schwechten, *Bergenſis,*
Non minoris artis eſt tacere, quam loqui.

**Chriſtian Lebrecht Wilcken**, *Caluærdenſ.*

**Daniel Ehrenfried Heuſinger**, *Strausberg.*
De inauſpicato liberorum Hamelenſium exitu.

**Gottlieb Gehr**, *Regiomonto-Poruſſus*,
Curia, ſi curæ eſt, pariet tibi curia curas,
Dormit ſecure, cui non eſt curia curæ.

**Nicolaus Norbertus Pitzer**, *Tangræmund.*
De verbis cœmeterio Hamburgenſi ad templum cathedrale inſcriptis.

Der Proceß iſt hier gleich und recht,
Hier liegen beyde Herr und Knecht,
Hier liegt die Magd und auch die Frau,
Jung und Alt hier beyſammen ſchau.
Betracht ſie recht und ſage frey:
Wer doch wohl hier der reichſte ſey?

**Johann Peter Bubel**, *Berolinenſis*,
De concordia in republica neceſſaria.

Tu vero, LECTOR BENEVOLE, hoc quidquid eſt, æqui bonique conſule, pro litterariæ & ſcholaſticæ rei incrementis Deo O. M. nobiſcum ſupplica, atque inſcriptiones ſepulcrales Tangræmundenſes propediem exſpecta.

Dab. e Muſeo menſe Ianuario A. R. G.
cIↄ Iↄ CC XXIII.

* * *

*Q. D. B. V.*

# INSCRIPTIONES SEPVLCRALES TANGRAEMVNDENSES EASQVE POTIORES

PVBLICAT, ATQVE EXERCITIVM ORATORIVM

A. D.  MART. cIɔ Iɔ CCXXIII.

INSTITVENDVM

INDICIT

*GEORG. GOTHOFR. KVSTERVS,*

LYCEI TANGR. RECTOR.

---

*BRANDEBVRGI,*

Typis CHRISTIANI HALLE, Reg. Pruſſ. Typogr. privil.

ACcipe, LECTOR BENEVOLE, quas nuper promiſi, Inſcriptiones Tangræmundenſes ſepulcrales in æde S. Stephani, easdemque non omnes, ſed potiores. Eas enim TECUM tantum communicare propoſui, quæ vel eruditorum virorum memoriam conſeruant, vel certe talium, quorum in ciuitatem hanc merita, nomina & familiæ adhuc florent. Addidi Cenotaphia nonnulla, aliaque monumenta, quæ ibidem deprehenduntur, TIBI quidem harum rerum cupido, ſi recte iudico, non plane ingrata futura. De vſu iſtiusmodi Inſcriptionum commentarer, LECTOR, niſi verendum eſſet, ne actum agerem. Adeoque ad enarrationem inſcriptionum ipſam accedo:

## INSCRIPTIONES SEPVLCRALES ET ALIA MONVMENTA IN AEDE S. STEPHANI TANGRAEMVNDENSI.

### AD LATVS POST SVGGESTVM.

Vltimum defuncti eloquium: Wie GOtt will, ich halt ſtill.
*Tum depicta conſpicitur reſurrectio Seruatoris O. M. Ad dextram ita legitur:*

Deſſouii ad pontem cum prouexillifer eſſem,
Noſtrosque obrueret Cæſariana manus,
Jannes SENFFIADVM gentis poſterrima proles
Inter pugnandum fortiter occubui.

Ad

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-459541-p0068-5

*Ad ſiniſtram hæc leguntur verba:*

Non vero occubui, ſed Chriſti morte redemtum
Dum ſcio me, Chriſti morte reſurgo mei,

Epicedium ponentis conſolatorium ex 1. Corinth. V, 5.
Εἰς ὄλεθρον σαρκὸς datur & confiſus JEſu
Ἄνθος ὅλος Chriſti καρπὸς eritque ſui.

Anno InterCIonIs IVXta ponteM DeſſoVII. Prænominato ſuo ex ſorore Nepoti in clade Deſſouiana XV. Apr. Interemto gemebundus P. C. HENR. MOLLENBEC.

## *D. O. M. S.*

HIc quieſcens placide vitam alteram præſtolatur Dn. NICOLAVS SCHVLTZE, Medic. Lic. Neo-Soltquellæ Ao. 1649. d. 2. Sept. natus eſt optimis parentibus Nicolao Schultzen, Camerario, & Martha Gladen, in quo pietas ſtudium & experientia ſumma fuerunt, vt prouincialis veteris Marchiæ Medicus audiuerit; Nec eum tamen neceſſitati, quæ omnes manet, eximere potuerunt, quin morbo vehementi correptus pie deceſſiſſet d. 11. Iun. Ao. 1687. magno cum moerore viduæ Annæ Schröderiæ, quæ trium liberorum mater marito deſideratiſſimo non ſine ingentibus lacrimis.

M. P. C.

ANno 1599. d. VI. Sept. iſt der Ehrenveſter, Achtbarer und Wolgelarter JOH. BVNTZKE, geweſener Burgermeiſter und Stadt-Richter allhie in GOtt ſeelig entſchlaffen, demſelben GOtt gnädig ſein wolle.

Hic ego Bunchenius tumulor poſt fata Johannes,
Et fidei & veræ relligionis amans.

Exſpectoque diem, qua membra reſuſcitet iſta
Chriſtus & in cœlis gaudia vera, feram,
Oraui cauſas, rexi fora, nunc cinis, vrna
Hac cubo ſpe reditus, maxime Chriſte, tui.

---

ANno 1616. d. 4. Aug. iſt der Ehrenveſte und Wolgelahrter ANDREAS RITNER, Burgermeiſter und Richter der Stadt Tangermünde in GOtt ſeelig entſchlaffen, ſeines Alters 48. Jar, deſſen Seele GOtt genade.

---

ANNO DOM. 1581. d. 20. Iun. iſt in GOTT ſeelig entſchlaffen die Ehrbare und Viel-Tugendſame Frau BARBARA HOLTORPIN, Pauli Segers vielgeliebte Eheliche Hauß-Frau, der Seelen GOtt gnädig und barmhertzig ſey. Amen. 1. Joh. 1. Das Blut - - Sünden. Das iſt unſer einiger Troſt zu dem ewigen freudenreichen Leben.

Unten findet man beyder Ehe-Leute Wapen. Das Segeriſche beſtehet aus einem Mann in langem Habit, der in der lincken Hand ein Schwerdt niederwärts, und in der Rechten ein Creutz aufwärts hält, mit den Buchſtaben P. S. Das Holtorpiſche führet einen Arm mit einer Holtz-Axt. Im Helm iſt ein Flügel mit 2. Sternen. Zwiſchen dem Wapen und dem Helm ſtehen dieſe Worte: Help GOtt, efte die Duvel kem.

---

DEr Tit. Herr DAVID RAYER, Churfürſtl. Brandenburgiſ. Ober-Ambtmann, und Metz-Inſpector der Alten-Marck, iſt Anno 1624. am 11ten April allhier zu Tangermünde gebohren; Er hat von ſeinen beyden frommen und wohlſeeligen, ihm zur Seiten ruhenden, Ehe-Genoſſinnen durch GOttes Seegen gezeuget 22. Kinder, und iſt 20. Kindes-Kinder Groß-Vater geworden; Dieſer durch viel Creutz und Trübſahl wohl verſuchte Mann iſt

am 11. Martii 1687. in Chriſto ſanfft und ſeelig entſchlaffen, und hat auf dieſer mühſeeligen Welt gelebet 63. Jahr weniger einen Monath.

## Leich-Spruch:

HErr JESU dir lebe ich, dir ſterbe ich, dein bin ich todt und lebendig.

## Grab-Schrifft.

Herr Rayer ruhet hier gar ſanfft von Angſt und Plagen,
Der ſeinem JEſu hat das Creutz-Joch nachgetragen,
Die Seele fuhr empor nach Edler Reyer Arth,
Sie weiß von keiner Quaal, iſt bey Gott wohl verwahrt.

## *PROPE ARAM.*

Siſte Viator Gradum.
Et. lege. ſis. quod. Cippo. inciſum.
Heic. ſita. ſunt. oſſa. viri. Theologi.
Dni. ADRIANI. BELCOVII.
Eccleſiæ. Tangræmundenſis. Paſtoris.
Vicinarumque. Inſpectoris.
Grauiſſimi. Meritiſſimi.
Trium. ſucceſſiue. uxorum. Mariti.
Octo. liberorum. parentis.
vnius. Nepotis. Avi.
Qui. placida. morte. d. XXX. Mart. MDCCIV.
piam. cælo. reddidit. animam.
poſtquam. annos. LXII. Menſes. II.
&. Hebdomades. III.
In. mundo. hoc. compleſſet. immundo.
Cape. tibi. exemplum.
Ita. vivebat. vt. vivus. moreretur.
Ita. moriebatur. vt mortuus. viveret.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-459541-p0071-1

Abi:
&. in. via. vitæ. viator.
eſto. memor. uſque.
Mortalitatis.

ANno 1586. d. 7. Ian. iſt der Ehrwürdiger und Wolgelahrter Herr JOACHIM ASSENBURG, weyland Pfarrherr dieſer Kirchen ſeelig entſchlaffen, dem GOtt genade. Amen.

DVRA PATI VINCIT, VINCIT PATIENTIA VICTRIX.
Viel ſo unter der Erden = = = immer und ewiglich. DAN. 12. C.

ANNO CHRISTI 1602. d. XV. Nov. iſt der Ehrwürdige und Wolgelahrter Herr NICOLAVS WEIDE, weiland Paſtor allhier ſeines Alters 58. Jahr in GOTT ſeelig entſchlaffen. Dem GOtt gnädig. Leichen=Text Apoc. 2. Sey getreu = = ſchencken.

Heic
Contumulata iacent Oſſa defuncta
Viri Theologi
Dn. M. GEORGII HVNOLDI,
quem A. MDCXXII.
pientiſſimis natum parentibus Leisnigium Misniæ, patria excepit, Witteberga duodecennio fotum & poſt optimas artes alias: Suada Theologica haud vulgariter
imbutum
Tangermundanæ dedit eccleſiæ
primum Diaconum pauloque poſt Epiſcopum.
Quo utroque officio
tanta fide quanto labore
ad annos VII, & XXX.

functus

functus
Animam mundanarum rerum pertæſam
placida morte
D. III. MAII. A. MDCLXXXVII.
Cœlo reddidit
Cum VI. & LX. annos haberet.

ANNO DNI. M. VC. III. - - - undecimo mens. Nouembris obiit Venerabilis Vir Dns. Gregorius Schulte, Prepoſitus Tangermundenſis cuius anima requieſcat in pace.

POST ARAM E REGIONE SACELLI.

JM Jahr 1598. d. 10. Aug. welcher war der Tag Laurentii iſt der Ehrwürdige und Wolgelahrte Herr JACOB LINDSTEDT, dieſer Kirchen 15. Jahr geweſener Diaconus, ſo bald er von der Cantzel gekommen, und das Evangelium des Tages Joh. XII. Es ſey denn daß das Weitzen-Korn in die Erde falle, erkläret, und alſo ſich ſelbſt die Leich-Predigt gethan hatte (wie er denn ſelber, da er von der Cantzel geſtiegen, dieſe Wort zu ehrlichen Leuten ſich gebraucht hat) alda iſt er mit der Peſt befallen, und dadurch den 13ten Auguſt. aus dieſem Jammerthal in die himmliſche Kirche verſetzet, und der Cörper deſſelben iſt allhie begraben. Der HErr des Lebens verleihe ihm eine fröliche Auferſtehung. Amen.

2. Tim. IV.
Ich habe einen guten Kampff gekämpffet, ꝛc.

HErr CASPAR KRATZ, geweſener wohlverdienter Archi-Diaconus hieſelbſt iſt Ao. 1640. am 19. Sept. in Tangermünde gebohren, hat mit ſeiner Hauß-Ehre, Frau Gertrud Bornemannin, 17. Jahr und 5. Monden eine

friedliche Ehe beſeſſen, auch durch GOttes Seegen 4. Söhne und 5. Töchter gezeuget, d. 7. Decemb. 1681. iſt derſelbe in Chriſto ſeeliglich entſchlaffen, nachdem Er 41. Jahre 2. Monden und 18 Tage auf dieſer Welt gelebet hat.

Leich-Text 2. Tim. IV. 18.

Der HErr wird mich erlöſen von allem Ubel ꝛc.

Den folgenden Reim-Spruch hat der Wohlſeelige Herr kurtz vor ſeinem Ende ſelbſt gemacht;

Jch bin geſtorben zwar, doch darum nicht verlohren,
Der Todt hat allererſt zum Leben mich gebohren,
Drum glaube feſtiglich, es ſey kein rechter Todt
Der uns zum Leben bringt nach ſo viel Angſt und Noth.

Saluatoris vulnera ſanatio mea. Jch habe Heilung funden in meines Heylands Wunden.

---

D. O. M.
Vir Nobiliſſimus & Conſultiſſimus
FRIDERICUS HECTOR ROSER
Theologi poſt funera viventis
Iacobi Nicolai Röſeri filius,
Vivere cœpit Quedlinburgi d. XIX. Nou. clↄ Iↄ c LX
vt bene viueret, bonas artes,
vt iuſte viueret, iura didicit,
ne ſolus viueret, vitæ ſociam adſciuit
Vrſulam Dorotheam Schreibers. B. Sprecheri Elect.
Brandeb. Granarii Præf. viduam, ex qua filium genuit
& filiam ſui ſimiles,
ipſe pietate in Deum, Regem, & proximum ſemper
ſui ſimilis
Spartam Secretarii ciuitatis huius quamprimum
nactus erat, fidelitate ornauit & induſtria,
nec minus munus camerarii perpetui habuit,

non

non perpetui,
quippe d. XXX. Apr. cIↄ Iↄ cc IX. æt. XLIIX. ann. mens. V.
d. XI. viuere deſiit,
vt dicam rectius, amicorum & inimicorum tela fugiens
animam cœlo, corpus tumulo abſcondidit.
Hæc legens, Lector, luge, candorem mori & candidis.

ANNO. 1621. d. 28. Apr. iſt der Ehren-Veſter, Achtbar und Wolgelahrter und vornehmer Herr FLORIAN ALBORN, (*) weiland Kaſtner ſeeliglich geſtorben, und allhie begraben, ſeines Alters 55. Jahr.

Subſiſte Viator, Florianum, Chriſtianum, Michaelem Albornios, Floriani Caſtellani filios proſequere.

Tres ſumus, & fuimus nati, Patris vnius ortu
Serior hac moriens non tumulabor humo:
Hoſpita Berga mihi profugo fuit, occulit illa
Hoſpita nunc cineres officioſa meos.
*Primus* at hic requiem capio, cupioque *ſecundus*
Omnibus vna fuit mortis imago lues.
Gens adamata Deo fuimus, Deus obvius ergo
Excipit & pueros in ſua regna vocat.
Ni rata ſit mortis, quam non ſuperauimus, hora,
Provida pro muro cura parentis erat.
Sed modus & vitæ ſeries præfixa dierum
Ergo Dei nutu mors cita, tarda venit.

In memoriam Dni. NICOLAI PITZERI
Centurionis Regis Boruſſiæ,
qui
natus hic Tangermundæ Anno 1668.
Parentibus, quorum nomina in lapidibus leguntur
contiguis,



(*) Forma eius & filiorum ad viuum expreſſa, lapidique inciſa eſt, id quod pariter de GVNTZIIS, WEIDIO, RITNERO monendum duxi.

Pugnas pugnauit varias,
Contra ſpiritus & carnis hoſtes
illos, & hos duce Chriſto verus vt Nicolaus vicit,
& Brabeum reportauit
manum eius fortem ſenſit Turca ad Salanikem, & Bello-
grad: & Gallus ad Donaverd: Hochſtædt & Ramelieu,
at ita vincens ad Athum in Hannonia
d. XXVIII. Sept. M.DCC. VI.
cecidit, vt reſurgat.
Tu Lector, etiam hic ita pugna, vt æternum
coroneris.

---

Piis manibus
Viri Gentilitatis ornamento clari, doctrinæ laude
Conſpicui, virtutis decore inclyti
Dni. NICOLAI PITZERI Icti æquiſſimi,
Conſulis Tangræmund: bene meriti
tutoris civium fidiſſimi,
Parentis Optimi
ſupremum, cum Anno MDCLXXXII hic denatus, &
LII hac in mortalitate transegiſſet annos
præſtitit officium
Mœrens Filius.

---

Hoc monumentum tegit oſſa
Viri iuuenis, dum viueret, nobiliſſimi
Doctiſſimi Domini
IOHANNIS LVDOVCI KLESSENII,
J. U. Candidati & Advocati
Prænobiliſſimi atque doctiſſimi viri ac Domini
Domini Doctoris
Iohannis Chriſtiani Kleſſenii
Maieſtatis Regis Boruſſiæ Conſiliarii Iudicii
Provincialis Palæo Marchiæ

Conſulis

Conſulis meritiſſimi civitatis Tangræmundæ
Filii natu minoris dilectiſſimi,
Cuius præmaturus obitus eo fuit acerbior,
Quo maiorem quilibet de eo ſpem conceperat,
Natus erat d. XI. Iunii Anno MDCXCII.
Fuitis vere JCtus
Iuſtitiam exercens incorruptam
In Deum, in proximum, in ſemet ipſum
Deum colendo, proximum amando, ſemet ipſum
Gubernando
Spes autem omnis decollauit
Poſtquam ſpiritus relicto corporis carcere
In cœlum euolauit
D. XXIV. Decemb. Ao. MDCCXIV.
vt
Fruatur ibi gaudiis æternæ vitæ
Corpus autem huic tumulo traditum
Placide quieſcat,
Vsque ad reſurrectionem beatam.

ANno 1598. den 5. April. iſt der Ehrbare und Wohlweiſer PETRVS GVNTZ weiland Burger-Meiſter allhie zu Tangermünde ſeines Alters im 50. Jahr in Gott dem HErrn ſeliglich entſchlaffen, der Seele GOtt gnädigk.

ANno 1622. den 30ten April iſt die Ehrbare und Ehren-Tugendreiche Frau EMERENTIA SCHÖNEBECKIN, (**)

K 2 des

(**) Meretur nomen Schönebeckiorum hic quoque celebrari, quum fundatio, quam vocant, Schönebeckiana Stendaliæ adhuc hodie floreat, cuius beneficio litterarum ſtudia egregie adiuuantur, atque amplificantur. Proſtat hanc in rem, quæ nuper demum denuo impreſſa eſt, memoria donationis, qua Bartholomæus Schönbeck, Conſul Stendalienſis, & Chriſtophorus, Electori Brandenburgico a conſi-

des Hrn. Burgermeiſters Petri Guntzen ſeel. hinterlaſſene Wittwe in GOtt ſeeliglich entſchlaffen ihres Alters 75. Jahr.

Mors mihi lucrum.

Ich habe einen ſchönen Wechſel gethan,
Sorge Mühe Angſt und Noth ein Ende han,
Und hab nun Fried und Freud bey GOtt,
Denckt doch, wie ſeelig ſey der Tod.

ANno 1618. den 27. Auguſt. iſt der Ehrenveſter, Achtbahrer und vornehmer PETRVS GVNTZ, Freyſaß allhier in GOtt ſeeliglich entſchlaffen, ſeines Alters 56. Jahr. der Seelen GOtt Gnade und eine fröliche Auferſtehung verleihen wolle.

Hoc ſepultum ſepulta illius oſſa habet, qui dum vitam habebat, nomen habebat.

VIRI

Excellentiſſimi & Prænobiliſſimi Domini BALTHASARIS KLESSENII, die XVIII. Ian. Ao. 1618. in terram nati. Hic a Sereniſſimo Electore Brandenburgico in numerum conſiliariorum referebatur, quem innumerus numerus conſiliorum referebat, grauiſſimi aſſeſſoris prouincialis titulo gaudebat, quoniam grauiſſimis prouinciis

\- - - - - - - - - - - - - - - - - - - - - -

\- - - - - - - - - - - - - - - - - - - - - -

\- - - - - - - - - tene Danielis verba, ſacerdotes iuſtitiæ fulgebunt ſicut ſidera cœli. (***)

IN

a conſiliis, & archiuis, immortale ſibi nomen, gloriamque perennaturam ſibi conciliarunt.

(***) Doleo me Viri huius de hac ciuitate meritiſſimi monumentum integrum ſuppeditare non poſſe, quum plane detrita ſit inſcriptio. Obiit Vir optimus Ao. MDCXCII. menſe Auguſto.

IN IPSO TEMPLI GREMIO.

NICOLAVS iacet hic COSTENIVS, orba parente
Conſule ſic luget patria, vt orba domus,
Vir grauis & legum ſtudiis inſtructus ad iſta
Atque vtinam vitam ſæcla ſuperſtes agat.
Optima mors metit vnigenum ſubtraxit vt æuo
Puluere ne patris poſſit obire vices.
Hoc ſita conticuo ſunt membra vtriusque ſepulcro
Atque eadem viuit Spiritus arce poli.

Pater obiit A. MDLXX. XV. Cal. Febr. Aet. XL.
Filius Iohannes A. LXXXVIII. IV. Non. Apr.
M. Dauid Freudemann.
F. F.

---

DNI. IOH. DANCKERI
Conſulis Tangermundenſis oſſa & cineres
quibus ad diuerſas in hoc mundi theatro
agendi perſonas vsque ad 11. Febr. MDCLXXVII
per annos LXIV & IV. menſes vſus eſt
in tumulo tandem quieſcunt
vſque ad glorioſam mortuorum omnium
reſurrectionem.

---

HErr CYRIACVS ZERNITZ, wohlverdienter Burgemeiſter allhier iſt von Chriſtlichen und ehrlichen Eltern allhier zu Tangermünde am 30ten Jun. Anno 1615. gebohren, und nachdem er der Stadt beſtes 7. Jahr als ein Secretarius, 13. Jahr als ein Rathsherr, und 14. Jahr als ein Burgemeiſter nach Vermögen treulich befördert, auch in währendem 30. jährigen friedlichen Eheſtand mit ſeiner neben ihm ruhenden Ehe-Gattin, Frauen Eliſabeth Schmidts, 9. Kinder gezeuget, iſt er im wahren Glauben an JEſum Chriſtum Anno 1676. am 18ten Auguſt. im 62. ſeines Alters ſanfft und ſeelig entſchlaffen.

C. Z.

Leich-Text Hiob am 19. Cap. v. 25. Jch weiß ꝛc.

D. V. M. Q. D. S.

LApis hic oſſa cineresque tegit Viri Plurimum Reuerendi ac Clariſſimi Dn. IO. GEORGI, Archi-Diaconi Eccleſiæ Tangermundenſis meritiſſimi, qui Gardelegiæ illuſtre vanitatis theatrum mundum hunc ingreſſus eſt A. R. S. MDCXIX. die XIV. Sept. in quo fuit laboris. doloris. honoris. hoſpitium. Nam ſchola Neo-Solquella habuit Rectorem ann. VI. in eccleſia clauium poteſtatem a Paſtorum principe Chriſto traditum ſibi fideliter exercuit, idque primum Neuendorffi ann. IIX. poſtea Archi-Diaconus conſtitutus ſancti cœtus Tangermundenſis continuauit ann. XVI. mens VII. donec per malorum omnium Medici mortis prodromum Apoplexiam inteſtato iuſſus eſt diem obire ſuum, qui erat XVII. Aug. ann. 1676. æt. LVII.

Sic O. ſic momento mare vertitur.

Text. F. L. Pſ. XXXVIII. 22. 23.

IN COEMETERIO AD AEDEM HANC D. STEPHANO SACRAM

Mors vitæ imitabilis Echo

Probat hoc

Vir probitate & doctrina probatus

B. M. FRID. CONOVIVS, Brandenburgi d. XXIII. Ian. A. MDCXII. natus

Ludi huius per XLIV annos moderator fideliſſimus

qui pie Deo & ſcholæ vivens

In Deo bene beateque exſpirauit

A. MDCLXXXII. d. VI. Aug. Aet. LXXI.

in cœleſti academia viuit

vbi vita & gloria perpes

vbi merces laborum grata nec labor vllus

ſic

bene qui viuit male mori non poteſt.

Atque

Atque hæc ſunt monumenta, LECTOR BENEVOLE, quæ litteris tamen minuſculis in typographi gratiam in præſenti Tecum communicanda duxi. Ad vnum omnia exhiberem, niſi Programmatis ratio eſſet habenda, cuius limites excedere non libet. Integrum erit, ſi forte plenior ciuitatis huius hiſtoria ſit ſcribenda, ſingulas adponere inſcriptiones, quæ adhuc ſuperſunt. Dolendum profecto, iniuria temporum monumenta, quæ maiori cura digna erant, eaque quamplurima periiſſe. Verum enimuero, quid moror Te vlterius in hoc quaſi limine, contentum TE potius hoc Catone eſſe iubeo contentus ego hac quoque occaſione mortis quoddam mnemoſynon ſuppeditaſſe. Adeoque ad propoſitum accedo, quumque nonnulli ſcholæ noſtræ alumni publicum quoddam diligentiæ monumentum edituri ſint, tantum abfuit vt refragarer illis, vt potius honeſtis iſtorum deſideriis locum libentiſſime reliquerim, conatus non ſpernendos commendaturus. Ita vero inter ſe diuiſerunt oporam ſuam, vt

*Elias Daniel Duncker, Cobbelenſis Magdeb.*

De vi conſuetudinis ſit præfaturus, atque auditorum beueuolentiam ſibi & commilitionibus appetiturus.

*Nicolaus Norbertus Pitzer, Tangræmund.*

Euincere conabitur, non ſperandam, immo nec expetendam quidem eſſe latinam quamdam ciuitatem.

*Dan. Ehrenfried Heuſinger, Strausbergenſ.*

Educationem bonam totius rei publicæ fundamentum atque fulcrum eſſe contendet.

*Gottlieb*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-459541-p0081-7

*Gottlieb Gehr, Regiomonto Poruſſus,*
de mediis quibusdam acquirendi ſolidam eruditionem exponet.

*Chriſtophorus Fried. Dornblüth,* ] *Tangræmundenſ.*
*Io. Chriſtophorus Thomas,*
*Io. Asmus Armknecht,*
*Carolus Conradus Dobberkau,*

dialogum quemdam inſtituent, cuius ſumma hæc eſt, dari varias methodos, quæ compendiariam viam ſcientias addiſcendi commonſtrant, vbi ſimul de infundibulo Wagenſeiliano diſſerent.

Singuli PIZERO, & GEHRIO exceptis, ſermone patrio, eodemque ſoluto vtentur, quos vt beneuole audiant, atque frequentia ſua conatus eorum excitent PATRONI, FAVTORES, atque Amici, qua fas eſt, obſeruantia atque humanitate contendo. P. P. a. d. Mart. cIↃ IↃ CC XXIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-459541-p0082-2

Q. D. B. V.

# SVPPLEMENTVM PRIMVM AD MEMORABILIA TANGRAEMVNDENSIA NVPER EDITA

PVBLICAT,

ET NOVI CON-RECTORIS

IN SCHOLA TANGRAEMVNDENSI

INAVGVRATIONEM

A. D. XV. CAL. QVINTIL. cIↄ Iↄ CCXXIII.

RITE INSTITVENDAM

INDICIT

GEORG. GOTHOFREDVS KVSTER,

RECTOR.

---

BRANDEBVRGI,

Typis CHRISTIANI HALLE, Reg. Pruſſ. Typogr. privil.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-459541-p0083-8

I. Supplementi cauſſa. II. De prælio apud Tangram, inſtituto Caroli IV. Imp. & anagrammatibus nonnullis. III. Monumenta quædam in templo Stephaniano. IV. Itemque a parte exteriore. V. Nec non in templo Nicolaitano. VI. Succedit ſupplementum ad hiſtoriam pagi de Carolo dicti. VII. Hiſtoria ſcholæ ſuppletur. VIII. Rectorum. IX. Con-Rectorum. X. Cantorum. XI. Quintorum. XII. Inauguratio noui Collegæ ſignificatur.

§. I.

QVod in omni doctrinarum genere, iſtud in primis in re hiſtorica quotidie experimur, quod nimirum dies doceat. Mirum itaque non eſt, ſi acceſſiones nouæ in dies illis ſe offerunt, qui in eruendis antiquitatibus, rebusque multo ante noſtram memoriam geſtis, operam ſuam collocant; non quidem quod reſecando vngues & meditando aliquid addi poſſit; ſed quia nemo non intelligit, rerum hiſtoricarum cupidos idemtidem in alia atque alia monumenta ante non viſa incidere, ex quibus non parum lucis accedit. Idem illud mihi hactenus accidiſſe lubens fateor. Quippe, quæ anno abhinc & quod excurrit, edere cœpi memorabilia Tangræmundenſia, nouis ſubinde acceſſionibus præter ſpem meam atque opinionem aucta ſunt, vt ſupplementa quædam addere opus ſit, quorum primum data hac occaſione oculis Tuis, beneuole lector, ſubiicio.

§. II.

Ante omnia igitur prætereundum mihi non videtur, quod ad fluuium Tangram, (vnde nomen ciuitati noſtræ contigiſſe alia occaſione docuimus) ſiue, vt alii dicunt, Tongeram inſignis quædam & memorabilis Slauorum clades

clades fuerit, teſte DITMARO, (a) cuius verba ita fluunt: *Deſolatis omnibus præda & incendio vrbibus ac villis, vsque ad aquam, quæ Tongera vocatur, conuenerunt e Slauis peditum ac equitum plus, quam triginta legiones.* Neque parum ad rem noſtram facit, quod celeberrimus GVNDLINGIVS commemorat: Carolum IV. cuius in hanc ciuitatem merita iam ſupra (b) enarrauimus, Tangræmundam emporiis Germaniæ addere voluiſſe. (c) Huc quoque pertinent, anagrammata quædam elegantiſſima, quæ in honorem patriæ confecit clariſſimus Anteceſſor noſter IO. GANSAVGIVS, qui in programmate (d) quo memoriam feralis incendii in ſchola noſtra recolendam indixit, ex voce Tangræmunda ſequentes eruit: *ad regnum nata*, ex Tangermunda vero ita colligit: *munda regnat.* Quibus id modo addimus, ex ipſo hoc ciuitatis huius nomine Tangermůnde per puriſſimum anagramma exoſum nobis nomen: Greta Můnden oriri, nec non aliud ex voce: TANGRAEMVNDA, quodſic ſe habet: GRAVE MANDAT, cui tamen luſui diutius nunc non immoramur.

§. III.

Potius accedimus ad monumenta quædam, quæ præter illa, quæ nuper communicauimus, ſuperſunt, exiſtimantes dignam eſſe memoriam optimorum virorum, quæ conſeruetur. In æde igitur primaria, D. Stephano ſacra, conſpicitur effigies SAM. WILHELMI, additis his verbis: *SAM. WILHELMI Eccleſ. Tangr. Paſt. & Inſp. natus Strelizæ Megalopoli Ao. 1595. placidiſſimo autem obitu ſolutus eſt die 29. Aug. 1658. ætat. 63.*

 Talis

(a) Libro III. Annal. p. 345.
(b) p. 7.
(c) In vita Lamperti Dieſtelmaieri, Cancellarii Brandeb. p. 117.
(d) A. 1708. edito p. 10. 11.

*Talis erat Samuel Wilhelmi, nobile pectus*
*Artes & mores pingere nemo valet.*

So war Herr *SAMVEL WILHELMI*, ſonſt geſtalt,
Als ihn der Welt entriß des Höchſten Allgewalt,
Das fromme Hertz, die Kunſt, und ſittſame Gebehrden,
Die können Leſer, dir nicht abgemahlet werden.

Pariter GEORGII GIGANTIS itidem Inſpectoris, nec non ARNOLDI RVNTORFFII effigies prope aram ſupereſt, & huic ſequentia verba addita ſunt: *ARN. RVNTORFF. Eccl. huius Archi-Diac. nat. a. 1589. d. 3. Febr. 1652. in vera pietate mortuus eſt ætatis annis 63.* Neque tabulam ligneam ſicco pede prætereundam puto, quam in celebrioris cuiusdam familiæ memoriam hactenus conſeruatam eſſe nullus dubito. Depictum in hac tabula cernitur inſigne telis quibusdam gladiisque decuſſatim poſitis ornatum, cui ſuper impoſitæ ſunt hæ literæ: A. I. S. Infra vero legitur hoc diſtichon:

QVInCta. VbI. LVX. MartIs. fVLget. tVnC. LVCIs. Vt. eXpers.
ProLes. Ionæ. aVras. LInqVIt. oVatqVe. PetrI.

## §. IV.

Ab exteriore huius templi parte meridiem verſus ſpectatorum oculos ad portam maiorem mouit ſolea quædam ferrea, nec non aliud ferreum inſtrumentum ſoleæ ad inſtar, vnde vulgo colligunt, ſutores, fabrosque templum ex hac parte ædificandum, & quod addiximus mnemoſynon, ponendum curaſſe.

## §. V.

In iſta vero æde, quæ in ſuburbio nouo quondam fuit, ſequens inſcriptio litteris maiusculis poſita legebatur:

Anno 1438. hat Marggraff Friederich der Jünger mit Willen und Vollword des Raths, dieß Kloſter Prediger Ordens, GOtt dem Allmächtigen zu ewigen Lobe, der Hochgelobten Jungfrauen Marien der Mutter GOttes und

allen GOttes Heiligen zu Ehren und Würdigkeit geſtifftet, und die Stätte und Plan dazu verehret. Welche *Fundation* Pabſt *EVGENIVS IV.* in ſelbigem Jahre *confirmiret*, auch mit Privilegien und Indulten bewidmet, *Ferariæ 14. Cal. Decembr. Ao. pontificatus ſui octavo.*

Anno 1544. wie das Pabſtthum gäntzlich abgeſchaffet, hat *JOACHIMVS* der andere Churfürſt 2c. dieſes Kloſter zuſammt aller und jeder ſeiner Zugehörung um GOttes Willen zu Anrichtung eines Spittals vor die Armen vereignet und verſchrieben.

§. VII.

Ad pagum de Carolo IV. Imperatore dictum, de quo nuper fuſiuus egimus, hæc pertinent, ex ipſius Caroli IV. Land-Buch, vt vocant, excerpta, atque ab Illuſtri GOLDBECKIO nobiscum humaniſſime communicata. *Calbu prope Tangremunde pertinet Marchioni, ibidem non ſunt manſi ſed Slaui ibidem morantur & nutriunt ſe de piſcicultura ratione cuius tenentur Domino Marchioni in vigilia natiuitatis Chriſti præſentare quilibet ipſorum XV. nonoculos & totidem in die Cinerum & in vigilia paſchæ quilibet ipſorum pro duobus denariis preſentabit ad caſtrum. Tenentur Domino ad ſeruitia vel ipſum cum familia per Albeam tranſuehendo quotiescunque opportunum fuerit & ligna ad coquinam in caſtro transuehendo per Albeam & quando ſunt in ſeruitio, Dominus tenetur de caſtro miniſtrare eis cibaria & potum.*

§. VII.

Verum nec ſcholæ dememiniſſe debent ſupplementa noſtra, quippe quæ olim de illa, eiusque Præceptoribus adducta ſunt, omnino nunc locupletantur, poſtquam ex indicibus eccleſiaſticis, quos vulgo Kirchen-Regiſter vocant, illorum quoque notitiam hauſimus, qui ſtatim poſt tempora ſacrorum emendationis ſtudioſam iuuentutem honeſtis artibus imbuerunt. Huc pertinet, quod a. MDXL.

 non-

nonniſi Rector & Cantor, elapſo autem decennio adhuc duo Collegæ ſcholæ huic ſunt præfecti. Cæterum neque id ſicco pede præteribimus, quod ſæpiſſime, in primis in receſſibus viſitationum, vt vocantur, dicantur ſcholæ huius Collegæ der Schul-Meiſter und ſeine Geſellen, Rector vero, vt plurimum priſtinis temporibus, der *Magiſter*, Con-Rector, *Baccalaureus*, Quintus vero, der Locate ſalutetur.

### §. VIII.

Ex Rectoribus itaque præter illos, quos ſupra (e) nominaui, ſequentes adhuc mihi innotuerunt, quorum nomina & annum, quo docere inceperunt, ſignificabo.

*M. Balthaſar Kleſſen* docere cœpit a. 1558.

*David. Walther.* acceſſit a. 1565. obiit a. 1569.

*Georgius Schmidt*, acceſſit a. 1570.

*Petr. Selbelang.* a. 1581.

*Chriſtoph. Bahrt.* a. 1586.

*Ambroſius Willichius.* a. 1606.

Poſt *Aſſeburgium*, qui hunc excepit, de quo l. c. egimus, ſcholæ huic præeſſe cœpit *Nicolaus Rodenius*, a. 1601.

Præter hos *Lindenbergius* quidam hic Rectoris ſpartam ornaſſe dicitur, de quo tamen pariter atque de *Sebaſt. Neubauero*, & *Henrico Eggerto*, quando acceſſerint, certi quid adferre non poſſum. Saltem ex huius nepotibus inclaruit cognominis quidam, qui, patriis ſacris relictis, Romanenſium caſtra ſecutus, & ſocietati Ieſu adſcriptus eſt. Præterea *Io. Schimmelpfennig*, cum fratre *Henrico* confundendus non eſt. Hic enim ſcholæ præfuit, atque inde in pago Schönefeld, miniſter eccleſiæ conſtitutus; is vero Secretarius huius ciuitatis creatus eſt.

### §. IX.

Ex Con-Rectoribus his addo:

*Henricus Seger.* docere cœpit a. 1558.

*Arn. Schultze.* a. 1568. & anno poſt

*Levin Miltert.*

*Nicolaus Roſſo.*

*Io. Veit.*

*Stephan.*

(e) p. 19. ſeqq.

*Stephan. Moller.*
*Ioach. Pichelmann*, a. 1574.
*Io. Buling.* a. 1584.
*Ambroſius Willichius*, a. 1596.
*Cyriacus Colk.*
*Ioach. Aſſeburg.* a. 1601.
*Gebhardi*, a. 1602.

## §. X.

### Cantoribus nuper adductis hos addo:

*Petrus* docere cœpit a. 1558.
*Iacob Baden*, a. 1561. quo etiam obiit.
*Arnoldus Schultze.* a. 1564.
*Anton. Chariendus.* a. 1568.
*Ioachimus.*
*Ambroſius.*
*Paul Vchtorf.* a. 1574.
*Io. Buling.* a. 1576.
*Ioach. Fincke.* a. 1581.
*Io. Dœblin.* a 1584.
*Paul Mollenbeck.* a. 1586.
*Gregorius Vchtorf.* a. 1596.
*Io. Nehtorf.*
*Nicolaus Lemmius.* a. 1601.
*Chriſtianus Nicolai.*
*Tilemannus Nihof*, qui etiam Quartus ſcholæ legitur, a. 1628. hunc excepit.
*Thomas Holmann*, a. 1630. non *Hoke*, vt antea per errorem illum vocaui, qui poſt Soltquellæ munus Archi-Diaconi geſſit, & adhuc a. 1668. vixit.
*Petrus Hauelandus*, acceſſit a. 1639. hinc in pago Retzo docere eccleſiam cœpit.
*Iacob Lüdecke*, a. 1664. ceterum Diaconus quoque Magdeburgenſis Vlricianus, Siebenhaar dictus, hic quoque Cantoris ſpartam ornaſſe dicitur.

De *Areldo* autem & *Conrado* iuvabit hic meminiſſe, illum ad parochiam Sonnebergenſem in comitatu Ruppinenſi, tum Leuenbergam, vocatum eſſe, hunc autem Hadmerslebiam in ducatu Magdeburgico diſceſſiſſe, ibidemque, poſtquam muneri Cantoris magna cum fide præfuerat, circiter a. 1686. obiiſſe.

## §. XI.

Ad Quintos denique quod attinet, illi adhuc ſuccurrunt.

*Iacob Henrichs.* a. 1558.
*Georg. Biermann.* a. 1561.
*Nicolaus Schwartze.*
*Io. Werner.* a. 1569.
*Io. Veit.*
*Matth. Steinberg.* a. 1574.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-459541-p0089-5

*Io. Dœblin.* a. 1581.
*Nicol. Gerbrecht.* a. 1584. eiusdem nominis Canonicus quidam olim hic floruit legato quodam clarus.
*Fabian Bruncko.* a. 1586. poſt V. D. M. in pago Klietz.
*Cyriacus.*
*Io. Schmalen.* a. 1702.
*Iacobus Ditmarus.*
*Gotthardus.*
*Elias Collmannus.* a. 1710.

## §. XII.

Atque hæc ſufficiant in præſenti, quum occaſio ſupplementi huius indicanda quoque ſit. Poſtquam enim, Deo O. M. ita volente, auſpiciis Patronorum Scholæ noſtræ honoratiſſimorum, Clariſſimo atque doctiſſimo DN. ANDREAE COLERON, Freibergenſi Miſnico, ſparta Con-Rectoris fuit demandata: nihil nunc amplius reſtat, quam vt idem ille ſolemni ritu in auguretur, nouumque munus habita oratione publica auſpicetur. Quod ipſum, quum die craſtino poſt horam IX. matutinam loco conſueto futurum ſit: Muſarum Tangræmundenſium Patronos, Fautores atque amicos, qua decet pietate, etiam atque etiam rogo, vt actum hunc exoptatiſſima præſentia ſua ſplendidiorem reddere, dicturosque, me quidem *de crebris Præceptorum mutationibus Scholaſticæ iuuentuti noxiis*, Con-Rectorem autem nouum, quem auctoritate Patronorum in munus immittam, *de prouidentia diuina circa Præceptorum mutationes* beneuole audire velint. Operam dabit ſchola noſtra, vt beneficium hoc grata ſemper memorique mente teneat recolatque.

P. P. a. d. XVII. Cal. Quintil. A. R. G.
MDCCXXIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-459541-p0090-0

Q. D. B. V.

# SUPPLEMENTUM SECUNDUM AD MEMORABILIA TANGRAEMUNDENSIA NUPER EDITA

CONTINENS

# VITAM LAURENTII PRAETORII

PUBLICAT,

ET ORATIONES QUASDAM SCHOLASTICAS EASQUE SOLEMNES

INDICIT

*GEORG. GOTHOFREDUS KUSTER,*

RECTOR.

---

*BRANDEBURGI,*

Typis CHRISTIANI HALLE, Reg. Pruſſ. Typogr. privil.

ANNI MDCCXXIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-459541-p0091-6

I. Propoſitum, & compendium vitæ PRAETORII. II. Eius patria & parentes, III. Studia ſcholaſtica, IV. Academica, V. munera, quæ ornauit Biſmarci, Schmerſoæ, VI. Tangræmundæ, vbi ſimul vna cum ciuitate vniuerſa multas calamitates ſuſtinuit, VII. Halberſtadii, vbi non ſine angoribus conſcientiæ vivit, VIII. Gardelegiæ, vbi in ipſius tempora tres funeſti caſus inciderunt, IX. Ibique demum mortuus eſt. Epitaphium, X. Filii ſuperſtites mortuo patre, XI. Scripta recenſentur, XII. Donatio PRAETORIANA ædi Tangræmundenſi facta commemoratur. XIII. Inuitatione ad præſentem actum oratorium programmati finis imponitur.

## §. I.

DVm in eo ſum, vt quosdam diſciplinæ meæ alumnos publico conſpectui ſiſtam, diligentiæ & profectuum ſpecimina edituros: quædam, pro more in ſcholis recepto, præfaturus de vita LAVRENTII PRAETORII, præſulis quondam noſtri, exponere vel ideo induxi; quum bene meritorum virorum memoriam recolere eruditorum interſit. Virum itaque ſiſtam, qui, vt ipſe ait, *tenellus Orphanus, pauper ſcholaſticus, Electoralis alumnus, egenus Academicus, puluillator, famulus, æditues, campanopulſor, pædotriba, ciuilis ſcriba, paſtor ruralis, diaconus ciuilis, inſpector vrbanus, compaſtor cathedralis, tandem Electoralis Superintendens conſtitutus eſt.* Scilicet inſignia diuinæ prouidentiæ argumenta in huius viri vita deprehendemus, quem Oratione non ſecus atque meditatione & tentatione theologis viris adnumerandum cenſebunt, qui paullo curatius ſingula expendent.

§. II

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-459541-p0092-2

§. II.

Patria ei contigit *Lindſtetum*, pagus non vltra lapidem Gardelegia diſtans. Patrem venerabatur ſibi cognominem, (a) matrem vero *Mariam Saupen* Vitembergenſem, IOACH. FINCKII, (b) quem parens LAVRENTII noſtri Lindſteti habuerat anteceſſorem, viduam relictam. Naſce-

(a) Paucis hac occaſione indicaſſe ſufficiat, LAVRENTIVM SCHVLTZEN noſtri parentem in pago Iden, veteris Marchiæ a. MDLXIV. natum eſſe patre Iacobo, incola dicti pagi, & Sandouii primum, tum Tangræmundæ RECTORE, GEORGIO SCHMIDIO, (vnde inuitus a parente domum reuocabatur, vt equis paſcendis operam daret, matris vero hortatu eadem, qua venerat, nocte ad ſtudia redibat) dein Oſterburgi, porro Hauelimonti, inprimisque Brandeburgi in noua vrbe ACHEMIO & THIDENIO Rectoribus, litteris operam dediſſe. Hinc Vitembergam petiit XIX. annorum adoleſcens, & biennio poſt Helmſtadium abiit, vnde Cantor Michaelſteinenſis anno dicti Seculi LXXXVI. elapſo biennio Paſtor Lindſtetenſis, ibique XII. annis exactis Diaconus Tangræmundenſis vocatus, & IAC. RENECCIO Solquellenſi (qui Coloniam ad Spream ad ornandum Præpoſiti & Inſpectoris munus, hinc vero a. MDCIX. Paſtor ad ædem St. Catharinæ Hamburgum vocatus, ibidemque quadriennio elapſo mortuus eſt) ſuffectus eſt, cui quidem muneri per XXV. annorum ſpatium præfuit, & Tangræmundæ diem obiit ſupremum, filio parentis oculos claudente. Quum SCHVLTZIVS hic primo conuentui eccleſiaſtico Gardelegiæ intereſſet: dixit SCHARLACHIVS, iſto tempore Superintendens, GOtt hat uns einen Fincken genommen, und eine Nachtigal wiedergegeben.

(b) FINCKIVS hic primum Primislauiæ, tum Tangræmundæ Cantoris muneri præfuit, vnde Lindſtetenſis Paſtoris Spartam ornare iuſſus eſt. Iuuabit in præſenti Collegis Scholæ Tangræmundenſis hactenus enarratis quosdam addere, & Rectoribus quidem M. CHRIST. ENZELIVM, quem ab a. MDXLIII. - XLV. ſpartam hanc ornaſſe annales eccleſiaſtici referunt, quem ipſum Chronicorum marchicorum auctorem

Naſcebatur noſter d. XXII. Aug. A. MDXCIII. quem ipſum annum ſequens Eteoſtichon a LAVR. RIESEBERGIO, Præſule Gardelegienſi, qui tum ſuſceptoris partes obibat, confectum ex tempore continet:

LaVrentIVs praetorIVs
baptIsmatIs pVrIs aqVIs
PVrgatVs heres fIt deI.

§. III.

Studia litterarum excolere cœpit Biſmarci, quod oppidulum veteris Marchiæ eſt non ignobile, ditioni Aluenslebiorum ſubiectum, vbi rudimentis litterarum initiatus, paren-

auctorem eſſe nullus dubito. Dum enim Oſterburgi, quo hinc vocatus eſt ad Diaconi Spartam obeundam, edidit illa: vocatur in libri inſcriptione: Der alte M. Chriſt. Enzelt, quo nomine poſt triginta & quod excurrit, annorum interuallum non indignus eſt. IOANNEM ESTHIVM a. MDL. M. STANISLAVM a. ſequenti. IO. BVLINGIVM, a. MDXCIII. M. THOM. ROCHOVIVM a. ſubſequenti IO. VCHTORFFIVM a. huius Seculi XCIX.

Conrectoribus addo WOLFGANGIVM, qui Baccalaureus fuiſſe legitur a. MDXLIII. & VALENT. Schützen, eodem anno CONRADVM & MARCVM a. XLVIII.

Cantoribus addendi NICOLAVS, qui a. MDXLIII. CONRADVS, qui a. XLVIII. IO. Schultze, qni a. L. LI. IAC. Rymmel, qui a LI. - LIII. vices cantoris heic expleuit. Quibus addo IO. REMPSCHEDIVM P. L. & Phonaſcum, cuius mentionem aliquando iniectam fuiſſe animaduerti.

Quintis hos adiicio MICH. Lingner, qui Tertianus legitur a. MDXLIII. STEPH. MOLLER a. XLVIII. qui poſtea ad Conrectoris, itemque Diaconi munus euectus eſt. VAL. Varenholt, a. MDL. & eodem anno NIC. Switzer, de quo ſequenti anno referunt annales: Dieſer iſt abtrünnig worden. NIC. Zabel, a. MDLIII qui idem forte fuit a. MDLXX. Diaconus factus. IO. Zander, PETR. Kluden, a. MDLXXXIII.

parentem vero a. MDCI. Tangræmundam comitatus eſt, ibidemque artem muſicam, eamdemque naturæ ſolertia magis, quam arte magiſtri excoluit, & cum litterarum tractatione coniunxit. Hinc a. MDCVI. Gardelegiam diſcedebat CONR. WEILANDI inſtitutione vſurus, ibique liberalitate Conſulis HENR. SCHINMANNI ſe adiutum prædicat, quem hoſpitem nanciſcebatur, ſed vltra ſemeſtre ſpatium ſœuiens eum contagioſa lues ſubſiſtere non permittebat, adeoque repetebat Tangræmundam, poſt iuſſu parentis Coloniam ad Spream profectus litteriſque commendatitiis ad IAC. RENECCIVM inſtructus, nullo tamen eiusdem beneficio ornatus, ſpeque ſua fruſtratus ſcholam Tangræmundenſem frequentabat, anno autem Seculi huius VII. LEVINI DIPPII, (c) & CARSTADII Stendalienſis Scholæ Præceptorum curæ committitur, ex qua dimiſſus in Electorale Gymnaſium, quod hoc ipſo anno IOACH. FRIDERICVS El. Brandeb. condiderat, ſe recipiebat, a ſenatu ciuitatis Gardelegienſis commendatus, in quo vltra integrum quinquennium vixit, ſtudiorumque ſcholaſticorum curriculum abſoluit. Quantum in valle hac Ioachima profecerit LAVRENTIVS noſter, ipſius verbis repetere libet: **Da begunte ich erſt Augen zu bekommen.** *Aſperam rigidamque diſciplinam ibidem vbertim refundebat indefeſſa præceptorum, æmula & pœne incredibilis ſolertia. Lectiones pæne ſingulæ, ſit non pene ſed penitus ſingulæ memoriæ erant mandandæ. Nulla hora per integrum annum vacua abibat, audita hora* **ſtund der** *Collega* **ſchon an der Thür.** *Audita quarta matutina dato Campanæ ſigno ſurgebant & ad ſtudia pro-*



(c) Vir hic de ſchola Gardelegienſi & Stendalienſi meritiſſimus Rectoris ſpartam in vtraque Ornauit, & a. MDCII. Progymnaſmata edidit in forma quarta Helmſtadii impreſſa.

*properabant.* Wer nicht an ſeinem Tiſch ſaß, *viſitantibus ſingulis diebus Præceptoribus per vices,* muſte *menſa cariren.* Hactenus PRAETORIVS, cuius verba lubens repeto. Præceptores ibi nactus eſt M. CAROLVM BVMANNVM, Rectorem, M. IO. VOITVM, Con-Rectorem, M. IAC. SCHVLTETVM, Sub-Conrectorem, M. ZACH. REGIVM, Cantorem, M. VRBANVM SOBOLVM, Paſtorem, IO. MVLLERVN, Mathematicum, & poſt horum diſceſſum M. SAM. DRESEMIVM, Rectorem, M. TOB. MAGIRVM, quorum ille, DRESEMIVS inſigni LAVRENTIVM noſtrum amore complexus eſt, eumque *ſplendidum florem vallis appellat.* (d)

§. IV.

Hinc almam Leucoream iter faciebat, (neque enim Francofurtum petere volebat, reformationem, quæ tum inſtabat metuens) ibique HVTTEROS, BALDVINOS, MEISNEROS, FRANTZIOS, MARTINOS per biennium audiebat, ſumtuque Senatus Tangermundenſis ſtudiis operam ſtrenue nauabat, & adhuc Vitebergæ viuens per aliquot hebdomadarum ſpatium in Friſiam excurrebat.

§. V.

Præter ſpem autem atque opinionem Biſmarcum vocabatur, vbi per V. fere annos integros in piſtrino ſcholaſtico non ſine moleſtia deſudauit. *Agebam,* inquit, *pædotribam in ſchola, ædituum in templo, cantillatorem in choro, horologii directorem, denique campanipulſorem iu turri, nec non publicum ſcribam, (ignoſcat lector) in curia.* Biſmarco a. MDCXIX. Schmerſouiam, pagum ditioni Alartenslebiorum ſubiectum, vocatur, vbi profectibus DANIEL. SCHALLERO, Veteris Marchiæ Superintendente Stendalienſi

(d) In gratulatione ſubiecta concioni a. 1637. impreſſæ, de qua infra.

dalienſi & ſingulis Marianæ, Petrinæ, Iacobitanæ eccleſiæ miniſtris probatis munus paſtoris ſuſcipit regulæ paternæ probe memor: *Fili, audio TE ad altare Domini vocari, videſis vt primam tuam miſſam tanta cum deuotione celebres, tamquam ſit vltima futura.*

§. VI.

Sexennio heic exacto & quod excurrit, ex Senatus conſulto Tangræmundam vocabatur, Diaconi ſpartam obire iuſſus. Vocationis huius memor dicere ſueuit: **Hier ſtund Aaron und Eleazar für einem Altar.** Quo ipſo munere per breue tempus cum laude adminiſtrato, Paſtoris & Inſpectoris locum ornare iubetur, id quod per XV. annos fecit. Cui dum muneri præfuit, vrbs Tangræmundana varias perpeſſa eſt calamitates, quas deſcribentem audiamus ipſum noſtrum eo lubentius, quo magis apparebit, illum de curæ ſuæ fideique commiſſis egregie meritum fuiſſe. Man lieff mit bloſſem Degen dem Pfarrer über den Halß, und ſetzte ihm denſelben aufs Hertz, mit den Worten: Pfaff, gib heraus. Man zwang und warff mich mit Gewalt hin, die Meinigen, Haußgenoſſen ſchlug man Blut wund, und mit dem Zimmer ſchlichte Beil, wo ich nicht wäre zurück geriſſen worden, hätte man mir das Gehirn auffgeklöbet.

Bey dem Einbruch der Käyſerlichen Armee, als über die 40. Bürger jämmerlich verwundet wurden, darunter auch der Bürgermeiſter war, trat ich barfuß in Hoſen und Jopen herfür, und hielt die Käyſerlichen Herren Generals auf öffentlicher Straſſen um Erhaltung einer Salua Guardi wehkläglichſt an, erhielt ſie auch, darauf etliche 100. Mann, Herren und Knechte, Mann und Weib, Jung und Alt ihre Zuflucht zu mir nahmen, und ich dennoch, nebſt der Salua Guardi für dem gewaltſamen Einbruch der Reuter mich kaum der Haut erwehren konte. Herr General Gallas kam ſamt der geſchlagenen Käyſerlichen Armee aus der Prignitz zerſtreuet herauf, und kroch jederman zu Winckel für Angſt und Schrecken, der Rath aber brachte mich zu Roſſe einen Rath von den Trouppen zu Bünsfelde einzuholen, wie doch der armen Stadt,

die

die ſo viel bey der Käyſerlichen Armee hätte gethan, dißmahl möchte verſchonet werden, da erhielt ich einen guten Rath von einem vertrauten Soldaten und Officirer, darüber der Rath und Bürgerſchafft hoch erfreuet, die Stadt aber für der Plünderung dißmahl befreyet bliebe.

Herr General Gallas wolte bey der grauſamen Hungers-Noth die Kirche abermahl durchſuchen laſſen, und um Proviant und Mehl dieſelbige Preiß geben, da ich gegen die Herren Capitainen meine Seel für die Bürgerſchafft zum Pfande ſetzen muſte, *quod DEus infirmitati humanæ ignoſcat*, es wäre weder Korn noch Mehl in der Kirchen, und da ſie es doch funden, wurde mir unter Spieſſen und Stangen der Todt gedräuet, aber doch die Plünderung abgewendet.

Eben damahls ſtund der Edle Herr Kriegs-Commiſſarius, Herr Chriſtoff von Bißmarck, in der Sacriſtey hinter mir, der etliche Gefäß und Laden drinnen ſtehen hatte, und gab mir zitternd einen Winck, ich ſolte ſagen, was in den Gefäſſen wäre, gehörete mir zu, die Herren Officirer möchten doch um GOttes willen des Ortes und armen Predigers verſchonen, da ich ſie denn alle mit wehmüthigen Worten gewann, und glimpflich herausführte.

Der Königl. Schwediſche Obriſt-Lieutenant Schlange, foderte bey ſeinem Auszuge etliche hundert Thaler von der Stadt mit Bedräuung. Der Rath brachte mich in der Nacht bey kläglichen eiuliren auf, für der Stadt zu intercediren, da von meinem todt-krancken lieben Kinde, das auch die Nacht erſtarb, ich gehen, und für denen Officirern Blut ſchwitzen muſte, und die Gefahr durch GOttes Gnade dißmahl abwendete.

In den allergefährlichſten Stürmen lieff jedermann als erſchrockene Schäfflein für den Jagt-Hunden zu ihren Hirten auf die Pfarre, (als andere ihre Häuſer oben und unten verrigelt hatten) und fragte der Miles: Wo iſt der Pfaff? der ſein Leben in die Schantze wagen muſte, biß ſich das Gewitter brach.

Um die Heil. Weyhnachten, als ich zu meiner Cantzel gehen wolte, muſte ich bey den hohen Officirern, ſo durchaus zur Stunde über die Elbe ſeyn wolten, das Fahrzeug aber bey Seit geſchaffet war, zuvor meine Devoir ablegen, und einen wehmüthigen Fußfall thun, daß Sie mit der Stadt Gedult hätten, biß ſich Schiffe und Kähne wieder anfänden; Darauf der GOttes-Dienſt verrichtet wurde.

Die Raub-Vögel wolten mitten unter der Hochmeß-Predigt das Pfarr-

Pfarr-Hauß ſtürmen, und den Plunder draus, was noch vielleicht allda deponiret war, wegrauben, darüber ein Geſchrey in der Kirchen erſcholl, da denn ich die Herren Officierer in dem Raths-Geſtuel getroſt alſo anſchrie: Ihr Herren Officirer, ſeyd ihr Chriſtliche Soldaten, hinaus, ſteuret der Gewalt und dem Muthwill! Darauf die redlichen Herren alsbald im Eyfer vom Leder rückten, zur Kirche hinaus polterten zum Pfarr-Hauſe zu, und die Rott-Geſellen abtrieben, ich aber blieb auf meiner Wahrte und Cantzel ſtehen, biß ſie alle wieder hinein kamen.

Die Catholiſchen wetzten ihren Zahn auf den Pfaffen, und ließ man mir nicht einmahl den Todt anbieten, man wolte mir den Reſt geben. Fähndrich Schalck nebſt ſeinen Conſorten citirte mich nach gehaltener Donnerſtags Predigt hinters Altar, da er mit Hell-Parten und Büchſen mich umringelte und bedräuete, würde ich nicht inne halten wieder die Catholiſche Kirche zu predigen, es ſolte mir das Leben koſten. Darauf er mich bey Ihrer Excellentz Graff Pappenheimen hart angab.

Bey Augenſcheinlicher Lebens-Gefahr hatte ich in die 5. oder 600. Thaler Pretioſen, ſo mir von Adelichen Perſonen anvertrauet waren, verſtecket, und ließ darüber die Meinigen Wund ſchlagen, auch mir viel lieber alle das Meinige nehmen, als das vertraute Gut herfür geben wolte, biß es ſeinem rechten Herrn wieder zugeſtellet wurde, denn ich keines Hellers werth bey mir behielt oder veruntreuete, bey Gewiſſen und bey meiner Seeligkeit. *O bona conſcientia iuge conuiuium!* Laſſe andre mit fremden Federn all wohl blünckeren.

Ein blutdürſtiger Jeſuit ergriff mich, und ſagte: *Putaſne tu, me vulgarem eſſe militem? ego ſum pater Ieſuita; Eſne tu paſtor huius loci?* Und als ich es bejahete, ſprach er zu mir: Kommt, ich will Euch etwas ſagen, in Willens in einen Winckel mich zu ziehen, und mir die letzte Oelung allda zu geben, dem ich aber zu ſtarck wurde, entſprang, und mir mein Amts-Kleid an meinem Leibe zerreiſſen ließ, und doch aus ſeinen Händen entrann.

Es bedraueten mich andere, Sie wüſten, was bey mir deponiret und verſtecket wäre, wolte ichs nicht herfür geben, ſie wolten mir den Kopff, wie Küttelfleck, als ſie redeten, zerhacken.

Das GOttes-Hauß und Kirche, ſo vorigen Tages erbärmlich geplündert war, und noch alles aus Kiſten, Kaſten, Gefäſſen, Säcken, übers hundertſte und tauſendſte drinnen zerſtreuet lag, vertheidigte ich

für dem Einfall des unſinnigen Pöbels, mit Verlierung meiner Geſundheit an meiner lieben rechten Hand, durch GOttes Beyſtand, und triebe den Pöbel mit beweglichen und glimpflichen Worten ab.

An dem Tage der Plünderung flohen viel hundert Menſchen, Amt-Leute, Burgermeiſter, Raths-Perſonen, Adeliche, Unadlich, Mann und Weib zu mir ins Hauß, und baten um GOttes Willen Ihnen auch ein Räumlein bey mir zu gönnen, maſſen bey der Käyſerlichen Generalität ich eine Salua Guardi erhalten hatte.

In denen grauſamen Peſten Anno 626. 636. gieng ich zu allen inficirten und Patienten, die meiner nur begehrten, ungeſcheuet ins Hauß und fürs Bette, ihnen mit Troſt beyzuwohnen, und cibum ſacrum zu reichen, da ihrer eines Theils mir unter den Händen wegſtarben. GOtt weiß, daß ich nicht lüge. Prolixior fui in hiſce PRAETORII verbis enarrandis, vt grauis fortuna, quam ciuitas vniuerſa & præſertim ipſe ſuſtinuit, animusque viri auditorum ſuorum commoda malis damnisque domeſticis redimentis pateat. Adduxit verba modo commemorata in ſcripto peculiari, quod MSStum. beneuole mecum communicauit Plur. Reu. RVDEMANNVS, Paſtor Eccleſiæ Iacobitanæ Stendalienſis dudum meritiſſimus, cuius humanitati documenta, quæ ad vitam LAVRENTII noſtri requirebantur, me debere publice & gratus profiteor. Ita vero titulus MSSti. huius a. 1666. ſcripti ſe habet, quem apponere iuuabit ad temporum hominumque calamitatem intelligendam: Propheten-Lohn, das iſt ungütlicher Proceß, welchen der Rath und die Kirchen-Vorſteher zu Tangermünde mit ihrem geweſenen Pfarrer Laurentio Schultzen, nachdem er der Gemeine GOttes daſelbſt an ihrer Seelen Seeligkeit 15. Jahr, als de a. 1626. biß ad a. 1640. incluſiue und alſo durch den allerſchwereſten Krieg treulich gedienet, wegen ſeines verdienten Prediger-Lohns, den ſie ihm wohl zehnmahl verändert, geführet haben, der Evangeliſchen Prieſterlichen Fraternität, die auch in ſolch Schweiß-Bad geführet werden möchte, zum Hertzens-Troſt und zu Erweckung Chriſtlicher Gedult; Allen rechtſchaffenen Prieſter-Freunden aber zur wohlgemeinten Aufmunterung, damit ſie, ſo viel an ihnen iſt, Fleiß anwenden, daß Chriſtus und



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-459541-p0100-2

ſeine Diener wegen Undanck den Staub von ihren Füſſen nicht ſchütteln, ihren Stab weiter ſetzen, und in eine andere Stadt gehen dürffen. Vel ſolo hoc titulo lecto non mirabimur, quando ſub finem tractatus huius gemit: *O Tangermunde*,

Da ich mein Leben gab für dich,
Da war kein lieber Menſch als ich;
Da danckbar ſoltſt du zeigen dich,
Da war kein leider Mann denn ich.

Als nach 15. Jahren meines Tangermündiſchen Dienſt-Hauſes ich aus der Stadt Tangermünde nacher Halberſtadt gieng, hatte ich 15. Rthlr. am Prieſter-Lohn in meiner Hand; So reich war ich. So manchen Schritt ich thate, ſo manche Bluts-Thräne ließ ich fallen; ſo mannichmahl ich mich um nach der Stadt ſahe, ſo manchen ſchweren Seufftzer ſchickte ich zu GOtt. Damit meine Hauß-Mutter an die Hand genommen, alſofort zur Stadt hinaus gewandert. Hæc ille hactenus.

§. VII.

Halberſtadium itaque petebat, compaſtoris in templo cathedrali munia ibidem obiturus. Vltro quidem citroque deliberabat, quum vocationis tabulæ transmitterentur, vtrum in patria maneret, an nouum munus ſuſciperet: præualebat tamen ponderatis ex vtraque parte rationibus illa ſententia de itinere Halberſtadium ineundo. Sub finem itaque a. MDCXL. Tangræmunda abibat, integrumque triennium in noua ſtatione conſumebat. Variis enim ſcrupulis vellicabatur, & torquebatur angoribus conſcientiæ, quum Archi Dux Auſtriæ, LEOPOLDVS, Epiſcopus ritus & ceremonias pontificias in Baſilicam hanc introducere vellet. Inprimis officio miſſæ ſe ſalua religione intereſſe poſſe negabat ita quidem; vt ſimul ſacra faceret, cauſſam interſerens, mixta hæc ſacra & Deo & Pietati aduerſari. Quare de hymnis latinis & Alba Clericali, quam vocant, quid ſentiat, conſcripſit, ſeque illis abſtinere malle profeſſus eſt. In manibus eſt eius, quam vocat *Proteſtatio*, daß er dem *Officio miſſæ* beym

hohen Stifft Halberſtadt, als es wieder eingeführet worden, mit einiger Ammte Pflege nicht beywohnen könne, a. 1642. ſcripta & prolixor, quam quæ heic inſeratur. Exhibuit illam ſuaſu Facultatis Theologiæ Vitembergenſis cuius Reſponſum anno præcedente editum extat. De Alba clericali & Miſſa, quem conſcripſit, Tractatum, ipſe quidem non vidi: iſtud vero ex ANDR. PRAETORII, Inſpectoris tum Seehuſani, poſt Præſulis Brandeburgenſis in veteri vrbe epiſtola ad LAVRENTIVM noſtrum d. XX. Sept. a. MDLXIV. data addam, vt lectori aliquam ſcripti huius notitiam faciam: *Mihi non facile iudicium ſumo de libris Theologorum noſtrorum, quas eruditione cum primis ſolidiori, & ſanctiori, ἀκριβείᾳ quoque penitiori longe tyronem me antecellere apprime noui, atque hoc illud eſt, quod de tam erudite conſcripto, tamque rari atque præclari argumenti tractatu tuo id ferre minime paſſus ſim. Accerſi idque ad capeſſendum munus hoc non tuo, Vir ſancte, ſed meo nomine ſub priſtina fidei & affinitatis ſacramento prælaudatum & exaſciatum, imo hoc ſeculo inter cæteros facile primum ac principem Theologum Dn. D. Seldium illuſtris Gymnaſii, quod Coburgi eſt, profeſſorem celeberrimum & apud Rombildenſes Superintendentem grauiſſimum, vt optime meritum, quem rogatui meo non defuturum totus confido.* Idem ille ANDR. PRAETORIVS in litteris anno ſubſequenti datis ita de hoc tractatu ſentit: *Gratias Tibi maximas pro communicatione ago ſicut & Deo ad lectionem ſcripti ſæpe attonitus egi, qui tanto ſuo te Spiritu imbuit, vt inter malignos & ſubinde malignantes in Te Hemipoli conſtitutus ad ſtrepitus ipſorum numquam exhorrueris, quod donum peculiare Dei mihimet ipſe exopto.* Hactenus ille.

§. VIII.

Per oportune accidebat, vt FRIDR. GVILIELMVS M. Elector Brandeburgicus commendante ANNA SOPHIA, Duce Brunſuicenſi, Lycei scheningenſis illuſtris con-

conditrice Gardelegiam vocaret LAVRENTIVN noſtrum a. MDCXLIII. illumque PAVLO CVSTERIO Superintendenti vita defuncto ſufficeret. Inaugurabatur a IO. STRALIO (e) per veterem Marchiam Superintendente,

(e) Liceat ὡς ἐν παρόδῳ de viro hoc doctiſſimo meritiſſimoque, DAN. SCHALLERI ſucceſſore dicere. Natus eſt Sagani Sileſiorum a. MDCII. a. æt. XII. Croſnenſis ſcholæ, triennio poſt, pædagogii Stetinenſis alumnus factus. Anno huius Seculi XX. Francoſurtum, biennio elapſo Vitembergam petiit, a. XXIV. gradu & honoribus magiſtri, ſequenti ſparta paſtorali ornatus in paſtoratu Neoſyluano parenti ſucceſſit a. XXVII. Archi-Diaconus Saganenſis patrisque collega conſtitutus, & vna cum eodem in reformatione pontificia ob fidei profeſſionem remotus a. XXVII. anno poſt vero Archi-Diaconus Lucauiæ denique a. XXXVII. Dom. I. p. Trinitatis feſtum Generalis Superintendens Stendaliæ inauguratus eſt. Ex generis inclaruit celebris ille Eccleſiæ noſtræ Theologus CHRIST. SCRIVERIVS: Ex ſcriptis vero longe plurimis hæc mihi innotuerunt: *Chriſtus paſſus in IV. Euangeliſtas, Allegata patrum in paſſione partes V. conciones reales, i. e.* Straff-Predigten von allerley Land-Plagen, *gemitus Dauidicus, ſeu expoſitio Pſ. 85. ſuſpirium Dauidicum, ſeu expoſitio Pſ. 6. Aſylum Chriſtianorum ſeu Pſ. 91. Conciones Ioeliticæ* oder Wunder-Glöcklein. *Prima chriſtianorum cura verbis:* Trachtet am erſten, ꝛc. *Decus & ornamentum ciuitatis ex Zach. 8.* Ἀγγελυγραφία, Δειπνοφιλία, *praxis Dauidica, chriſtianismus, Onus Dauidicum ex Pſ. 68. Memoria Apoſtolica & Euangelica, Scholia Epiſtolica, Poſtilla Apoſtolica, ſeu Euangelia feſtiualia,* Κοσμοσωτήριον *Patrologicum,* Φασματυσκεψία, Παθήματα *Sanctorum, Sanguis prodigioſus,* Ἁιμακωρία, *Sacræ* oder Chriſtliche Predigten vom Blute: ſo in unterſchiedenen Orten und Dingen gefunden, nebſt einer kurtzen Erzählung der Wunder-Zeichen, der Blut-Zeichen ſelbſt, und deren Gebrauchs, *Turricremium Stendalienſe, Mures agreſtes, h. e. querela de muribus agreſtibus per æſtatem paſſim multis in locis Palæo-Marchiæ fruges fere omnes corrumpentibus, Dactylographia catechetica* oder Erklärung des Catechiſmi nach den 5. Fingern

 in

dente, cui noſter Tangræmundæ adhuc viuens idem officium a. MDCXXXVII. rogante CHRIST. PELARGO, Generali Suqerintendenti Marchiæ & Francofurtano Theologo præſtiterat. Heic igitur viuens patriæque redditus vitam tranquilliorem agere videbatur, ſibique maximam tranquillitatem exoptabat & perſuadabat: at enimuero, qui iam inde a teneris annis adſueuerat, vt Cruciani nomine inſigneretur, eum nunc quoque per caſus varios, & rerum diſcrimina ad beatorum ſedes cæleſtes tendere oportebat. In ætatem enim eius incidebat annus iſte Gardelegiæ quam maxime fatalis & luctuoſisſimus LVIII. quo triplicem eumque funeſtum caſum LAVRENTIVS noſter αὐτόπτης ita narrat: *Fataliter accidit, vt proxime præterita die Aſcenſionis Dominicæ Hora pom. II. cælo mediocriter ſereno murus templi noſtri Mariani inopinato rumperetur. Vnde ingenti & horribili fragore edito totum pæne latus mugientis muri, qua parte ſpectat aquilonem, debicit contignum ſeu ædificio tectum ipſumque lacunar vno atque grandi impetu fregit, perforauit, perrupit, hiatu vaſto facto lapidea fragmina in pauimentum deiecit, XXII. auditores, ſacra enim concio oppido erat, vno ictu miſerabiliter ſuppreſſit & in cruenta fruſtra dilaniauit, extinxit, reliquis auditoribus ex parte læſis, omnibus indicibili & panico ſtupore perculſis, denſo puluere conſperſis, & turmatim inde eiectis. Vix transeunte hac lamentabili clade & ruina ecce nos noua adoritur pernicies. Nam egregia cuſpis dicti templi, qnam inſigniter exſtructam & pretioſo cupro veſtitam prædicant, qui viderunt vnquam*

in der Hand geprediget, *conciones funebres*, *Fides antiquiſſima, heptas pareneationum in exſequiis, miles chriſtianus i. e.* Beſchreibung eines Chriſtl. Ritters, oder frommen Chriſten. Promiſit præter modo allegata ſcripta *Poſtillam Euangelicam*, Feſt- item Buß-Predigten, *Diſpoſitiones ſuper epiſtolas dominicales*, *Pentateuchum Moſaicum*, *conciones funebres*, *vade mecum eccleſiaſtico-politicum.* Ex his num vllum vel plura prodierint, compertum non habeo.

*quam vna cum lapideo turris fundamento cumque pariter campanis omnibus reiectis, fractis mole ſua ruit & pæne totam AEdis ſtructuram in minutiſſimas ſectas attriuit, Altari tamen, choro, Suggeſtu & Senatorum ſubſelliis intactis. Reſtat tertius ἐν ἀγμῇ in amphitheatro ciuitatis exhibendus actus, nempe horribilis Conflagratio ciuitatis vltra dimidium. Nam igne neſcimus adhuc autem toti, quo facto & cuius culpa in domo ciuis cuiusdam ex orto, contiguas domus mira celeritate adoriente, vicinam quamque apprehendit, æſtu flammisque oppleuit ſuccurrentes ciues ne reſtinguereretur, prohibuit inſatiabili auiditate tranſiit, inſanabili furioſitate contriuit, vt intra ſpatium decem horarum CXXIV. elegantiora cinium ædificia, inter quæ curiam ſpectabilem cum Apothecis binis ſenatoria & ciuili, omnique earumdem apparatu numeramus, præter annexas ſtructuras decoctioni nobilis cereuiſiæ inſeruientes granaria recenti meſſe & farre farta, aliaque conclauia multa cum ſuis inteſtinis in pallidos cineres ſint redacta; vno viro & vna ancilla extinctis. Vos litterati lamentamini! miſeremini trium inſignium bibliothecarum incendio hoc rudi conflagratarum, quarum vnam ſaltem ſcio mellenis Imperalibus non reparabilem!* Fata hæc, quæ vocat Gardelegienſia Anno LaVtæ MIſerICorDIæ expreſſit verſiculis ſequentibus LAVRENTIVS noſter in nigra quadam tabula in aditn ambonis in æde Mariana ſuſpenſa adhuc hodie conſpicuis:

Poſt Murum Turris cecidit, mox flamma ſecuta eſt
Ciuilis. Vallus ſubrutus inde iacet.
O irate Deus grauiter peccauimus omnes,
Vltricem flagris ſubtrahe porro manum.

Erſchrecklich war der Mauren Knall
Der Kirch zur Lieben Frauen,
Drauff der gekrönten Spitzen Fall
Mit Jammer anzuſchauen.
Der Brand fraß bald die halbe Stadt,
Die Krieges-Furcht die Wälle,
Sag an wo ſich begeben hat
Ein Unglück ſolcher Fälle?

Gerechter GOTT, dein Zorn iſt recht
Auf friſcher That gefunden,
Und wincket beydes Herr und Knecht
Um ihrer ſchweren Sünden.
Ach Gnaden-Brunn! Ach nicht ſo gar
Doch deinen Eifer breche,
Nicht alle Schuld in einem Jahr
So zornig an uns räche.

## §. IX.

Atque hic ipſe locus laborum & calamitatum PRAETORII noſtri terminum fecit. Exantlatis enim & ſuperatis omnibus caſibus placide obdor-

obdormiuit. Templum Gardelegienſe Marianum oſſa eius continet, in quo ad latus altaris ſepultus eſt concione funebri a IOACH. RIEBE, Archidiacono ad verba Pſ. XXXI. 6. habita. A latere conditorii cernitur effigies eius cum hac epigraphe: *Effigies perquam reuerendi & Cl. Domini Laurentii* Schultzen, *Eccleſiæ Gardelegienſis & huc pertinentium parœciarum per integros XXIV. annos Paſtoris ac Superintendentis optime meriti a. Chriſti MDXCIII. X. Aug. Linſteti nati, a. MDLXVII. IV. Maii pie placideque Gardelegiæ denati a. ætatis LXXIV. Miniſterii vero Eccleſiaſtici XLVII.* Intra poſita ſunt hæc verba: *Quisquis huc vertis oculos, adſta, & ſi volupe eſt, intuere eius, qui, dum vixit, ſinceræ religionis confeſſor, fragilitatis humanæ memor, trium coniugum legitimus maritus, XV. liberorum pater, perſecutionum plenus, recte ſentientium æmulus, malorum ſtimulus, vanitatum oſor, terrenorum ſpretor, cœleſtium amator, auditoribus carus, carior Deo fuit, tandemque fatali imminente hora in Chriſto Ieſu Redemptore vnico beate mori, quam diutius heic torqueri maluit. Licet autem non tam penicillo in tabula pingi, quam Spiritus ſancti digito bonorum mentibus impingi optauerit: tamen vt beatos cineres aliquo ſaltem conamine ab interitu reuocarent ſui, hoc pietatis monumentum exſtare voluerunt.* Epitaphium hoc ipſe LAVRENTIVS noſter confecit totidem verbis, quibus pauca tantum eademque vltima addiderunt, qui monumentum hoc ponendum curarent. Repertum quoque eſt inter ſcripta viri inſcriptio ſepulcrali Cippo incidenda, quæ ſic ſe habet:

Hoſpes. *Heic tua LAVRENTI SCHVLTETE, ſubacta quieſcunt*
*Oſſa, ſub hoc tumulo laſſula membra cubant?*
Defunct. *Sic eſt. Cui requiem fortuna petulca negabat*
*In terris, cæli me tenet alta quies.*
Hoſpes. *Quæ via tam facilem fecit Te ſcandere cœlum*
*Linquere terriginas quæ tibi cauſſa fuit?*
Defunct. *Scala mihi IESVS fuit, ad me tædia mundi*
*Huius peruerſi me rapuere loco.*
Hoſpes. *Ergo tuos cineres poſt terga ſupina relinquis*
*In fumos abiit ſpes Tua ſiſa Deo?*
Defunct. *Non meliora ſcio, ſcio namque reſurgere pellem,*
*Puluere de veteri ſcio nouos homines.*

Defunct.

Defunct. *CREDO DEI verbo, lætum vitæque regreſſum*
*CREDO, beatorum CREDO, videre Deum.*
Hoſpes. *Ergo vale, annorum LAVRENTI, plenus & inter*
*AEternas laurus flore vigente vige.*

## §. X.

De filiis noſtri vt aliquid addam, iubet propoſiti ratio. Duo vero tantum ſupereſſe voluit Deus parenti ex tam fœcundo eoque triplici matrimonio, quorum iſtud cum BASILII STORLA, Paſtoris Dobercouienſis filia, MARGARETHA, illud cum ELISABETHA SCHVLTZIA, piſtoris Magdeburgenſis filia, hoc cum EMERENTIA, inclito THONIORVM genere, quod iam aliquot Secula Hildeſiæ & in veteri Marchia floruit, nata. Atque ex tertio quidem vltimoque coniugio ſuſcepit, quos ſupereſſe poſt obitum parentis ſui voluit vitæ rerumque humanarum arbiter. IONAS ſcilicet a. MDCXXXIX. Tangræmundæ natus, & in ſchola primum Gardelegienſi, poſt celebris Halberſtadienſium Rectoris GELHVDII diſciplina, hinc in Schola Hannouerana, Islebienſi denique litteris operam dedit, Ienæ autem & Vitebergæ academica ſtudia tractauit, a. MDCLVI. Con-Rectoris, quatuor autem annorum curriculo elapſo, nempe a. MDCLXXVI. V. Nouembr. Rectoris Gardelegienſis ſpartæ præficitur, quod vtrumque munus parens iam ætate prouectus non ſine intima voluptate filii humeris impoſuit. Oratio inaugurationi filii Rectoris habita *de ſcholis* exponebat, *& Scholarcharum quidem, præceptorum, parentum, nec non diſcipulorum circa illas officiis.* Feſtiue admodum diſcipulorum tum beneuolentiam capturus: Höret doch, inquit, dem alten Jochimiten noch einmahl zu, und laſſet ihn doch eure Lindigkeit ſeiner harten Diſciplin, die Er in ſeinen Schüler-Jahren ausgeſtanden, noch einmahl genieſſen, *poſt enim centum annos tam prolixus non ero.* Ex Rectore *IONAS* noſter Marianæ Aedis Stendalienſis Archi-Diaconus, denique Præſul Brandeburgi in noua vrbe iuſſu Electorali conſtitutus, ibidemque a. MDCCXV. d. XIII. Febr. mortuus eſt. Plura de hoc doctiſſimo pariter ac meritiſſimo viro adferre superſedeo, quum ſpes ſit *Cl. M. GOTTSCHLINGIVM* eadem, qua *GARCAEORVM*, cura b. *IONAE SCHVLTZII*, vitam quoque expoſiturum. Præter *IONAM* hunc reliquit *LAVRENTIVS* noſter filium *IACOBVM*, qui alumnus illuſtris Lycei Sche-

ningenſis poſt incendium iſtud Gardelegienſe anno ætatis XIV. factus eſt, neſcio tamen, cui muneri poſtea fuerit admotus.

## §. XI.

Scriptorum quoque mentio facienda eſt, quæ LAVRENTIVS noſter publici iuris fecit. Quem enim ſupra §. VII. & VI. adduxi tractatum *de miſſa & alba clericali*, nec non ſic dictum **Propheten-Lohn**, vmquam impreſſum fuiſſe dubito, ſaltem cognitum id perſpectumque non habeo. Innotuerunt vero ſequentia ingenii monumenta, quæ reliquit: Geiſtliche Reinefahr aus dem lautern Spring-Brünnlein Iſraelis, abſonderlich aus der verſchloſſenen und eröffneten Quelle, der Offenbahrung St. Johannis, für krafftloſe Hertzen, bey noch wehrenden hochbetrübten Kriegs-Zeiten, geſchöpffet, und in eine Chriſtliche Erinnerungs-Predigt verfaſſet, gehalten zu Tangermünde Anno 1637. Montags nach Johann Baptiſtæ, war der 26. Junii, als eben für einem Jahr an demſelben, war damahls der 27. Jun. und der Tag Medardi oder Siebenſchläffer, der gerechte GOTT die gantze Bürgerliche Gemein und Stadt, durch eine erbärmliche Schreck- und Sturm-Glocke der Plünderung, Morgens früh nach 4. Uhr aufwecken, und zu ſchwerer Angſt-Arbeit, darin ſie ohn Speiß und Tranck den Tag aushalten müſſen, ermuntern und beruffen laſſen, gehalten, und frommen Hertzen zum Memorial der Gerechtigkeit und Barmhertzigkeit GOttes in Druck geſchickt. Berlin 1637. 4to. Ex concione hac in verba Apoc. VI. v. 9-11. excerpta quædam deprehendere licet in concione valedictoria Seideliana, de qua confer, ſi placet, *Memorabilia noſtra Tangræmundenſia p. 5.*

Garten-Lob, oder Beſchreibung der Ergötzlichkeiten, die ein ehrlich und frey gelaſſen Gemüth aus Betracht- und Abwartung der Gärten empfinden kan, da fürhero auch eine bequemliche Vergleichung der Schul- und natürlichen Gärten auf das Churfürſtliche Jochimthaliſche Gymnaſium und Schul zu Scheningen wohlbedächtig entworffen, Halberſtadt 1648. 4to. Nimirum maximus hortorum cultor & amator erat LAVRENTIVS, de quo refert CHRIST. SCHVLTZE, (f) Daß er im klammen Stieg für und über ſeiner Garten-Thür zur Erinnerung,

(f) Im Auf- und Abnehmen der Löbl. Stadt Gardelegen p. 128.

rung, und weil er ein beſonderer Liebhaber der Gärten war, ein Täf- lein nageln laſſen, darauf mit rothen Buchſtaben ausgehauen war:

*Excolor, humanæ fero commoda plurima vitæ,*
*Frugaleſque meo condio iure dapes.*
*Sin minus, hinc iterum ſterileſco, vt campus herilis,*
*Et ſtabuli bubus pabula ſicca fero.*

Eines Garten muß man warten,
Soll er geben Nutz dem Leben,
Arbeit lohnet, wer der ſchonet,
Wird offt müſſen Hände küſſen,
Merck es fleißig, denn das weiß ich.

*L. S. A. D. M.D.C.LIV.*

Præterea edidit dreyfachen Liebes-Kuß i. e. concionem in memoriam triplicis actus tragici, de quo ſupra §. VIII. fecimus mentionem, eiusque hiſtoricam relationem ſubiunxit.

## §. XII.

Neque prætermittenda ſilentio eſt liberalitas PRAETORII noſtri, cuius memoriam recordatur ædes patriæ D. Stephano ſacra. En TIBI, Lector Beneuole, verba, quibus pium hoc legatum dicto templo dedicauit: Aus bedachtſamen Gemüthe habe ich untenbenahmter mit Conſens meiner Hanß-Frauen Emarentia = = Thons, das Stücklein Landes vorn Hünerdorff genandt, die Worthe bey Niclas Pohlmann Garten gelegen, ſo ich um funffzig Gulden von Johann Haſſen dem Organiſten bahr erkaufft, der Kirchen zu St. Stephan allhier zu Tangermünde biß zu ewigen Zeiten verehret, alſo daß ſelbiges Land ausgethan und dafür Jährlich 5. Tib. Wachs entrichtet werden, damit die Krohne, ſo wir auch zu dem Ende verehret, und mit Vorbewuſt der Herren Vorſteher hinter der Cantzel hängen laſſen, zu Winters-Zeiten mit Lichtern verſehen, und alſo zum kleinen Kirchen-Ornament bekleidet werde.

Zu ſteter Gedächtniß habe ich dieſen Schein ſolchen in den Caſten Regiſter zu verzeichnen ausgeantwortet. Actum Tangermünde am 13. Nov. 1640.

§. XIII.

Supereſt, vt, commemoratis, quæ de *LAVRENTIO PRAETORIO* ſuccurrebant, ad audiendas orationes illos inuitem, qui bene cupiunt exercitationibus ſcholaſticis. Die enim craſtino & hora quidem ſiſtam ſeptem diſciplinæ noſtræ alumnos, (ſacer enim hic numerus eſt) oratiunculis ſuis oſtenſuros, quid valeant humeri, ferre quid recuſent. *Prima* quidem oratiuncula de dicto Poëtæ exponet: Nulla ſalus bello. *Secunda* de Miſero Germaniæ ſtatu tempore belli tricennalis. *Tertia* de excidio Magdeburgico. *Quarta* de laudibus Guſtaui Adolphi. *Quinta* de numiſmate in honorem dicti principis cuſo: Stans acie pugnans, vincens, moriensque triumpho. *Sexta* de Wallenſteinio. *Septima* denique itidem de ſententia Maronis diſſeret: Pacem TE poſcimus omnes, Prima, & ſeptima vernaculo & ſoluto quidem, tertia ligato, reliquæ ad vnum omnes latino, eoque proſaico ſermone inſtituentur. His igitur vt præſentia honorifica interſint ſcholæ noſtræ PATRONI, FAVTORES, atque AMICI, qua fas & pietate atque humanitate rogamus, atque obſecramus. P. P. a. d. Octobr. cIɔ Iɔ CCXXIII.

*Declamatorum nomina eo ordine, quo prodibunt:*

HERBOLDVS CHRISTIANVS FVSSELIVS, Tangræmundenſis,

IOANNES ANDREAS CRAMERVS, Magdeburgenſis,

CHRIST. ALEXANDER. BITTERVS, Halberſtadienſis,

NICOLAVS NORBERTVS PITZERVS, Tangræmundenſis,

GEBHARD. IOANN. GVIL. KAHRSTEDIVS, Tangræmundenſis,

IOANN. IOACHIMVS STETZELIVS, Tangræmundenſis,

GEORGIVS ERDMANNVS MELLINIVS, Koſſebua-Oſterburgenſis.

* * * * *

Q. D. B. V.

# SVPPLEMENTVM TERTIVM AD MEMORABILIA TANGRAEMVNDENSIA

PVBLICAT,

# ET ARGVMENTA DECLAMATIONVM

SCHOLASTICARVM HACTENVS HABITARVM

INDICIT,

NEC NON AD AVDIENDA SVPREMA VERBA IN SCHOLA TANGRAEMVNDENSI,

QVA FAS EST, PIETATE INVITAT

GEORG. GOTHOFR. KVSTERVS,

GYMNASII PETRINI, QVOD COLONIAE AD SVEVVM EST, VOCATVS CON-RECTOR.

---

BRANDEBVRGI,

Typis CHRISTIANI HALLE, Reg. Pruſſ. Typogr. privil.

ANNI MDCCXXIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-459541-p0111-3

I. Series Declamationum anno labente habitarum. II. Cauſſa Supplementi tertii. III. De pago Hemerten. IV. De pago Oſtheeren. V. De pago Griben, vbi Diploma exhibetur ad hiſtoriam comitum Marchicorum attinens. VI. De pago Bellingen. Prælium memorabile. Kåyſers Mohr. Papenkuhl. Statiua Guſtavi Adolphi, & alia monumenta. VII. De pago Schönhauſen. Conſecratio aræ & reliquiæ e Papatu. VIII. Inuitatio ad ſupremum actum, quem auctor valedicturus intimat.

§. I.

EXhibui nuper argumenta declamationum, quas anno ſuperiore quauis feria quinta, quoad ſcholæ huic præeſſe licuit, in auditorio ſcholaſtico habendas curaui, atque promiſſi memor, quod incepi inſtitutum, perſequor, vt appareat, quænam exercitiorum oratoriorum hoc anno fuerit materia. Recitarunt igitur de ſequentibus thematibus ſequenti ordine:

*Gebhard Ioann Wilh. Kahrſtedt, Tangræm.*
*Chriſtoph Alexander Bitter, Halberſtad.*
*Ioann Ioachim Stezel, Tangræmundenſis.*
*Ioann Beniamin Temper, Magdeburgenſ.*

vota ianuaria ſoluta & ligata oratione latino & vernaculo ſermone.

*Ioann Fridrich Matthæus, Berolinenſis,*

in dictum Iuuenalis: maxima debetur puero reuerentia.

*George*

*George Beniamin Reichmann, Spandouienſ.*
in dictum Plinii: Optimi ſumus, dum infirmi ſumus.
*Ioann Gottfr. Ludewig Ebeling, Solquellenſ.*
de' haut exigua conſuetudinis vi.
*Chriſt. Lebrecht Wilcken, Caluœrda-Brunſu.*
in dictum Lutheri: ille eſt Theologus, non qui multa ſcit & magna dicit, ſed qui ſancte & theologice viuit.
*Ioann Chriſtoph Rothe, Tangræmundenſis,*
de eodem argumento.
*Iul. Ludw. Woldicke de Arneburg, Eq. P. M.*
in dictum Ciceronis: Fronte atque vulto ſimulatio facillime ſuſtinetur.
*Samuel Conrad Küſter, Halenſis,*
de meritis magnorum virorum grata prædicatione ex tollendis.
*Chriſtoph Alexander Bitter, Halberſtad.*
de amore in patriam.
*Ioann Ioachim Stezel, Tangræmundenſis,*
de officio diſcipuli abiturientis.
*Ioann Peter Bubel, Berolinenſis,*
in dictum Plinii: Ob oculos poſita negligimus, proximorum incurioſi longinqua ſectamur.
*Ioann Chriſtoph Rothe, Tangræmundenſis,*
quod exemplis efficacius doceamur, quam regulis.
*Daniel Ehrenfried Heuſinger, Strausberg.*
in dictum Imp. Caroli IV. adulterina fides, adulterinum præmium.

*Ioachim Chriſt. Neumann, Auloſa Pal. M.*
difficile eſt tenere, quod acceperis, niſi exerceas.

*Nicolaus Norbertus Pitzer, Tangræmund.*
Was GOtt will erquicken,
Kan niemand erdrücken.

*Gebhard Ioann Wilhelm Kahrſted, Tangr.*
de vitæ publicæ præ priuata prærogatiua.

*Chriſt. Alexander Bitter, Halberſtadienſ.*
de vitio negligentiæ.

*Ioann Friderich Matthæus, Berolinenſis;*
de in docto artium magiſtro ſtipem a fabro ferrario petente, ſed repulſam ferente.

*Ioann Andreas Cramer, Magdeburgenſis,*
Quod omnibus placere nemo poſſit.

*Ioann Beniamin Temper, Magdeburgenſis,*
Beſſer ein Nachbar an der Wand,
Als ein Freund über Land.

*George Beniamin Reichmann, Spandouienſ.*
in dictum Plinii: Eſt mihi moris, quod ſum daturus in manus hominum, ante amicorum iudiciis examinare.

*Ioann Chriſtoph Rothe, Tangræmundenſis,*
in dictum Io. Schneidewini: Wer Proceſſe führen will, muß 3. Beutel haben, einen mit Gelde, den andern mit Papier, den dritten mit Geduld.

*Chriſt. Alexander Bitter, Halberſtadienſ.*
in dictum Plinii: Omnium rerum cupido langueſcit.

*Ioann*

*Ioann Ioachim Stezel, Tangræmundenſis,*
de Electoris Palatini Frid. V. prælio infauſto prope Pragam.
*Nicolaus Norbertus Pitzer, Tangræmund.*
de laude pietatis.
*Gebhard Ioann Wilhelm Kahrſtedt, Tangr.*
de Principe vitam ſuam ſaluti ciuium conſecrante exemplo Codri Athenienſium Ducis.
*Ioann Beniamin Temper, Magdeburgenſis,*
de ſtudii iuridici difficultate.
*Ioann Andreas Cramer, Magdeburgenſis,*
de moneta in Saxonia tempore Caroli XII. Suec. Reg. cuſa:
Was neues? iſt es Fried? Ja man iſt des Krieges müd,
Und iſt durch dieſen Zug in Sachſen, der edle Friede draus erwachſen.
*Nicolaus Norbertus Pitzer, Tangræmund.*
de ruſticorum Marchiæ quondam ſymbolo:
Wir ſind Bauren von geringem Gut,
Und dienen unſerm gnädigſten Churfürſten mit unſern Blut.
*Chriſtoph Alexander Bitter, Halberſtad.*
de amore proximi.
*George Beniamin Reichmann, Spandouienſ.*
de præſtantia principis eruditi.
*Gebhard Ioann Wilhelm Kahrſtedt, Tangr.*
de Lycurgo Spartanis iuuenibus non amplius vna veſte quotannis vti permittente.
*Ioann Ioachim Stezel, Tangræmundenſis,*
de memoria bonorum Principum ciuibus ſacroſancta.
*George Beniamin Reichmann, Spandouienſ.*
in dictum Menandri: quem amat Deus, moritur iuuenis.

§. II.

Ne vero harum exercitationum noſtrarum ſignificatio ſola & quaſi nuda prodiret: lubuit quædam ſupplementi loco memorabilibus noſtris addere, quum in ſcholis ita receptum ſit, vt commentatiuncula quædam præmittatur. Quumque alio tempore *de pago Caroli* ciuitati noſtræ proximo diſſerendi facultas fuerit data: in præſenti de pagis nonnullis aliis, qui vel Tangræmundæ noſtræ adiacent, vel ad diœceſin Tangræmundanam ſpectant, quædam, & iſta quidem, quæ propter antiquitatem notatu digna viſa ſunt, exhibebimus, illa, quæ de Arneburgo, oppido præfecturæ Tangræmundenſi ſubiecto colligimus, in alium locum tempusque magis commodum reſeruantes.

§. III.

Primo igitur loco hac vice ſe ſiſtet nobis pagus **Hemerten** dictus vel ob turrim & aram verſus orientem exſtructas notandus. Vulgo dicitur **eine von denen 7. verkehrten Kirchen**, credo dici debere **Kirch-Thürmen**, quales in veteri Marchia (cui ſeptenarius numerus ſingularis plane & quaſi proprius eſt) ſeptem numerantur. Condidiſſe hoc templum dicitur familia *Buchholziorum*, equitum Palæo-Marchicorum, quorum nomen tantum hodie ſupereſt. Vnius horum **Hans Bochholtes** dicti monumentum prope aram adhuc hodie ſupereſt, in quo hæc verba leguntur: *Hans Bochholtes cuius anima requieſcat in pace - - - in feria ſecunda animarum Simonis & Iude obiit anne filia.* Campanæ maiori hæc verba inſculpta ſunt: *Iheſus † Maria † O Rex gloriæ † Iheſu repente veni † cum pace † a † M † CCCCLXXI.* Ceterum inundationem pagi huius inſignem, quæ in annum præſentis ſæculi IX. incidit, obſeruarunt incolæ.

§. IV.

## §. IV.

Oſtheeren pagus memorabilis eſt propter antiquitatem templi ibidem exſtructi. Neque dubito, quin idem hic pagus intelligi debeat ſuh Oßner, quo quidem nomine ANGELO, (a) & Auctori doctiſſimo derer die Marck Brandenburg betreffenden Sachen, (b) quem HENDRICVM credunt, venit, narrantibus myſtam hic degentem a. MCCIII. auditoribus ſuis lyra præeuntem violenta morte perculſum periiſſe. Pagus enim hic veteris Marchiæ, & quidem Stendalia non longe diſtans fuiſſe refertur. Alias pagi huius crebra fit mentio alio ſub nomine. *Oſterne* vocatur in Diplomate Volradi donationem eccleſiæ in Oſterne a Principibus Ottone & Conrado Marchionibus Brandeburgenſibus Hoſpitali S. Spiritus in Stendale factam confirmantis A. MCCLXXII. Ipſi vero laudati principes in adducta donatione villam dicunt *Hoſternen*, cuius IV. manſos donauerunt. Woldemarus vero Marchio Brandeburgenſis & Luſatiæ a. MCCCXV. Tangræmundæ conceſſit Gherardo de Kercowe IV choros ſitos in villis *Oſtherren* & parua Möring ſiliginis & ordei, *quos cum proprietate eorundem vendidit Conſulibus in Stendal, qui huiusmodi choros & proprietatem in ſublevamen leproſorum a Deo percuſſorum, qui extra communionem a facie populi ſunt projecti, capelle dictorum abjectorum ad honorem beatorum Mauritii & beate Margarethe in ſuarum atque ſuorum progenitorum & ſucceſſorum animarum Zelo ducti miſericordiæ apponere curauerunt, quæ quidem capella extra & prope ciuitatem Stendal noſcitur ſituata.* Hactenus verba Diplomatis. Quod ſupereſt, vrnæ prope hunc pagum effoſſæ

(a) In Annalibus Marchicis, L. II. f. 93.
(b) Im erſten Entwurff 3.

effoſſæ leguntur, in quibus acus quædam medio incuruatæ deprehenſæ ſunt.

§. V.

Succedat pagus Grieben, quem ſpectare videtur ſequens Diploma, quod, quia ipſius Tangræmundæ noſtræ & *comitatus Gribenſis* iniicit mentionem, totum hic inſeremus, non ingratam rem lectori facturi, maxime, quum comitum Marchicorum hiſtoria admodum ſit confuſa. Ita vero verba monumenti huius chartacei fluunt: *Nos Woldemarus Dei gratia Brand. Luſatie & de Landsberg Marchio tutorque incliti Ioanis Marchionis Brandenburgenſis, recognoſcimus & ad vniuerſorum notitiam tenore præſentium volumus deuenire, quod vniverſis & ſingulis militaris conditionis exiſtentibus ex famulis eorumque heredibus legitimis & ſucceſſoribus in territoriis antique Tangermunde, Stendal. Oſterburg & in comitatu Gryben reſidentibus relaxauimus & preſentibus de bona noſtra voluntate & plena deliberatione ſuper eo habita relaxamus ſimplicitar & in æternum precariam bonorum quorundam pheodalem in dictis territoriis & comitatu ſitorum profitentes publice, quod nunquam ab ipſis precariam Pheodalem per vos aut per alium nomine noſtro exigemus, vel exigi de cetero patiemur. Proinde milites ipſi & famuli pro ſe & heredibus ſuis & ſucceſſoribus dederunt nobis & perſoluerunt in pecunia numerata pro quolibet fruſto bonorum eorundem tres fercones argenti Stendal. & ponderis de quibus ipſos heredes & ſucceſſores eorum dimittimus abſolutos & quietos in perpetuitatis ſpatio. Renuntiantes ipſi precarie quoad nos & Marchiorem Ioannem prefatum & heredes noſtros & ſucceſſores prout poſſibile fuit atque iuſtum. Ne autem huiusmodi noſtre ordinationis decretum a quoquam inpoſterum ſubuertatur, ſed potius ſortiatur robur perpetue firmitatis, preſentes affuerunt Nobilis vir Buſſo Comes de Lindowe, Nicolaus de Buck, Henningus de Steglitz, Hennig de Blanckenborch, Dreyſeko, Gerhardus de Kerkowe, milites noſtri fideles cum pluribus aliis fide dignis. Datum in Budeſſin. Dominica occuli mei. Anno Domini M. trecenteſimo undecimo.*

Hactenus

Hactenus Diploma, quod liberalitati S. R. DN. REINBECKII, Præpoſiti & Antiſtitis Colonienſis grauiſſimi me debere gratus prædico.

§. VI.

Mentio quoque facienda eſt pagi cuiusdam Bellingen, in cuius agris lapides grandiores offenduntur, qui, ſi quid coniectura adſequi licet, in memoriam acerrimi & primi quidem prælii, quod Albertus & Huderus Marchiones commiſerunt, de quo, eoque tertia vice repetito, multa refert ENTZELIVS. (c) Haut procul pago eſt lacus quidam, vulgo audit der Keyſers Mohr, prope quem certamen aliquod, idque inauſpicatum cæſareanis inſtitutum fuiſſe nonnulli referunt, id vero nondum expeditum eſt, vtrum lacus hic ab Imperatore Carolo IV. qui tum Tangræmundæ per aliquod tempus commoratus eſt, an aliunde nomen acceperit? Alius quoque lacus hic prætermittendus ſilentio non eſt, quem den Papenkuhl nominare conſueuerunt, ſuper quem hodie pons, olim ponticulus modo ducebat, eumque tempore priſtino, adhuc ante reformationis auſpicia, ſacrificulus quidam ebrius ſuperare conſpicilli ope voluit, ſed præter ſpem atque opinionem in illum incidit & aqua ſuffocatus eſt. Quæ de fonte ſalutifero a. MDCLXIII. in vicinia huius pagi orto narrantur, nota ſunt, & aliquot centum homines variis morbis laborantes feliciter illius beneficio ſanati dicuntur. Cerum belli tricennalis tempora pagum hunc reddiderunt vel ideo memorabilem, quia Sueciarum Rex GVSTAVVS ADOLPHVS ſtatiua hic habuit in ædibus paſtoris, quibus etiam inciſa tum fuere hæc verba: Königl. Schwediſches Haupt-Quartier, quæ vero verba diſcedens Rex delere iuſſit, & ad Ottonem



(c) p. 97. Chronic. Marchic.

Jahnſt, qui tum muneri ſacro heic præfuit, *Dele*, inquit, *dele iſta verba.* Atque inde Tangræmundam petiit a. MDCXXXVII. quæ iſto tempore quantas fuerit perpeſſa calamitates, quotannis recordatur concione quadam, quæ die Plünderungs-Predigt dicitur. Reliquit in memoriam ſui Rex laudatus templo huius pagi patinam cupream, quæ inſignia Suecica nomenque principis præ ſe fert. Campanæ cuidam inciſæ ſunt hæ litteræ ſcriptæ monachorum more:

Hilff uns God unde Maria uht Noth,
O Sanna heyt ick Diederich god mey.
*Anno Domini M. CCCC. XV.*

Patinæ vero hoſtiis deſtinatæ inſcripta ſunt hæc verba: *Verbum Dominum manet in æternum*, vnde ſeculis ignorantiæ hoc templum exſtructum eſſe coniicias.

## §. VII.

Vnum adhuc pagum addimus, Schönhauſen nempe, in quo templum videre licet, iam anno MCCXII. conſecratum. Teſtatur iſtud membrana in altari reperta verbis ſequentibus: *Anno Dominice Incarnationis M. CC. XII. VII. Idus Nouembris conſecrata eſt Eccleſia in Sconehuſen in honore Sancte Dei Genitricis Marie & Sancti Willebrordi a venerabili Sigebodone Hauelbergenſi Epiſcopo. Continentur in ſummo altari reliquie Sanctorum Thebeorum Martirum, Sebaſtiani Martiris, Conſtanty Epiſcopi atque Martiris, Egidy Abbatis, Albani Martiris Willebrordi Confeſſoris & aliorum Martirum, Confeſſorum &c.* Vna cum hoc monumento membranaceo deprehendebatur ibidem capſula teſtacea obducta cera, continens capillos & oſſicula quædam pannulo ſerico incluſa, illorum procul dubio reliquias, quorum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-459541-p0120-3

rum ſcriptura ſupra adducta meminit. Cuius generis capſulas in medio altaris, quod ſepulcrum maiores dixerunt, in cuiusuis aræ inauguratione poſitas ſeruarunt eruditi, ſimulque iſtis reliquiis indulgentias quasdam additas eſſe meminerunt. Hoc nuper adhuc monuit IVSTVS IOANNES KELPIVS (d) occaſione eiusmodi reliquiarum in diœceſi Seehuſana & Stendalienſi repertarum, quarum tamen adhuc in Tangræmundenſi etiam exemplum ſupereſt. (e) Verum hiſce enarrandis diutius immorari nolo, gratias potius agens reuerendis admodum viris DN. KRENCKELIO, in Schönhauſen & Fiſchbeck, & DN. STEINBECKIO, in Bellingen, Demcker, & Hüſelit animarum Paſtoribus fideliſſimis, qui, quæ hactenus enarraui, humaniſſime communicarunt. Effigiem quoque FRIDERICI de BISMARCK, quem vulgo permutatorem vocant, in templo Schönhuſano memorabilem tribus tantum quod aiunt verbis adducere circumſcripti programmatis limites permittunt.

§. VIII.

Adeoque hic pedem figo huiusque tertii ſupplementi terminum pono, quem ſimul laboribus meis qualibuscumque ponit diuina prouidentia. Illa enim clementiſſime dirrigente accidit, vt Magnificus ſplendidiſſimusque Inclitæ Regiæ ſedis Berolini Senatus ad honeſtiſſimam



(d) In denen Hiſtoriſchen Anmerckungen über einen in der Gagel und Unglingen gefundenen Einweyhung-und Ablaß-Brieff, (quas annotationes doctiſſimas edidit CHR. GE. Steinhardt P. in Höwiſch und Gagel, ante tamen defunctus, quam liber, qui hoc ipſo anno in vulgus prodiit, prelo liberatus eſt, ) p. 65.

(e) Quum deſtrueretur ara in pago itidem huius diœceſeos, groſſen Schwartzloſen, repertum eſt iſtiusmodi monimentum his verbis additis, *in honorem Odilie & St. Apollonie.*

mam docendi Spartam in Gymnaſio Petrino, quod Coloniæ ad Sueuum floret, benigne me euocaret. Deo itaque auſpice ex prouincia, quam tantum non ſex annis adminiſtraui, in aliam, quod felix fauſtumque ſit, diſcedo, ita tamen diſcedere cupio, ne videar inofficioſus. Quod igiturpietas iubet, æquitas poſtulat, exſequar craſtina luce, ſi DEVS dederit, hora ante meridiem IX. illos, qui beneuolentia me ornarunt ſua, valere iuſſurus, atque, vt cum ciuitate vniuerſa mihi longe cariſſima perenni felicitate fruantur, pie precaturus, eos vero, quos heic relinquo diſciplinæ meæ alumnos cohortaturus, vt præceptorum meorum ſemper viuant memores, ſtrenuoque & celeri curſu ad pietatis pariter & virtutis metam contendant, pauca ſimul, quantum temporis anguſtia, & conuaſandæ rei ſollicitudo, turbatusque animus permittit *de veteris Marchiæ Marchionibus comitibusque* expoſiturus. Quem quidem illumque vltimum actum fabulæ meæ Tangræmundenſis vt Regii in hac ciuitate conſiliarii, Nobiliſſimi Scholæ huius Patroni, Venerandus Ephorus, reuerendi myſtæ, humaniſſimi Collegæ, & quibuscumque commodum eſt, exoptatiſſima ſua præſentia illuſtrent, per iſtum veterem, quo me hactenus dignati ſunt, amorem vehementisſime etiam atque etiam rogo, beneuolentiæ atque beneficii huius memoriam nullo vmquam tempore depoſiturus. P. P. Nou. cIↄ Iↄ CCXXIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-459541-p0123-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-459541-p0124-6

154671

AB 154 671

ULB Halle 3
003 495 736

5b

VD 17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-459541-p0125-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-459541-p0126-7

3

Q. D. B. V.

# ACCESSIONES AD MEMORABILIA TANGRAEMUNDENSIA

EXHIBET, ET AD ORATIONES QUASDAM LOCO CONSUETO
A. D. NOVEMBR. cIↄ Iↄ CC XXII.
BENIGNE AUDIENDAS
*QUA FAS EST, PIETATE ATQUE OBSERVANTIA*
INVITAT

*GEORG. GOTHOFR. KUSTER, Halenſis,*
LYCEI TANGRAEMUNDENSIS RECTOR.




*BRANDEBURGI,*
Typis CHRISTIANI HALLE, Reg. Pruſſ. Typogr. privileg.

3.